P. CORNELIUS TACITUS

ERKLÄRT

VON

KARL NIPPERDEY.

ZWEITER BAND.

AB EXCESSU DIVI AUGUSTI XI—XVI.

MIT DER REDE DES CLAUDIUS ÜBER DAS IUS HONORUM DER GALLIER.

SECHSTE VERBESSERTE AUFLAGE.

BESORGT

VON

GEORG ANDRESEN.

BERLIN,

WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG.

1908.

DES

P. CORNELIUS TACITUS

SECHS LETZTE BÜCHER

SEIT DEM AUSGANGE DES GÖTTLICHEN AUGUSTUS.

Vorwort zur 5. Auflage.

Der Text dieser Auflage weicht von dem der vorigen an 89 Stellen ab. Darunter sind 24 Abweichungen, welche auf einer neuen Vergleichung der Handschrift beruhen (hierüber s. die Programmarbeit des Herausgebers De codicibus Mediceis annalium Taciti. Berlin, Askan. Gymn. 1892); an 18 weiteren Stellen ist ebenfalls die Lesart der Handschrift wieder hergestellt. Die übrigen 47 Abweichungen bestehen teils in einer Vertauschung der handschriftlichen Lesart mit einer Konjektur, teils in dem Ersatz der bisher gewählten Konjektur durch eine andere. Hierher gehören, um nur die neueren Kritiker zu erwähnen, Vermutungen von Madvig (XII 51. XIV 28. 33. XV 13. 40. 51), Cornelissen (XII 24. XIV 4), Prammer (XIV 20. 23), J. Müller (XV 54) und dem Herausgeber (XI 29. XII 9. 60. XIII 27. 34. XIV 61. XV 35. 50. 54. 63. 74. XVI 14).

Vorwort zur 6. Auflage.

Den Text der 5. Auflage habe ich an fast 100 Stellen geändert. An 75 dieser Stellen habe ich die überlieferte Lesart hergestellt, die in einem starken Drittel der genannten Fälle erst in neuester Zeit erkannt worden ist. Die handschriftliche Lesart habe ich nur in 5 Fällen zu Gunsten einer Konjektur aufgegeben, in 11 Fällen die bisher gebilligte Vermutung mit einer anderen vertauscht. Eigene Konjekturen

habe ich an 6 Stellen in den Text gesetzt, darunter 2 bisher nicht veröffentlichte (XI 38. XIII 6), unter dem Text 4 Änderungen vorgeschlagen, darunter 2 neue (XII 2. XIV 63). In der Orthographie bin ich der Überlieferung strenger als bisher gefolgt (obliterare, urguere, percunctari, exin, volgus u. ähnl.). Der Kommentar ist mehrfach berichtigt worden; wo es sich um Personen handelt, meist im Anschluß an die Prosop. Imp. R. Besonderen Dank schulde ich Ignaz Prammer und Wilhelm Heraeus für die mir brieflich zugegangenen Mitteilungen, die ich zur Berichtigung und Erweiterung des Kommentars, wie auch für die Textgestaltung, verwendet habe. Ein sprachlicher Index zu beiden Bänden der Ausgabe ist angefügt.

Georg Andresen.

LIBER UNDECIMUS.

. . . . Nam Valerium Asiaticum, bis consulem, fuisse quondam adulterum eius credidit, pariterque hortis inhians, quos ille a Lucullo coeptos insigni magnificentia extollebat, Suillium accusandis utrisque immittit. Adiungitur Sosibius, Britannici educator, qui per speciem benivolentiae moneret Claudium cavere vim atque opes principibus infensas. Praecipuum auctorem Asiaticum

1. Über die Lücke zwischen dem 6ten Buch und dem Rest dieses Einl. S. 16.

bis consulem, zuerst suffectus in einem unbekannten Jahr vor Caligulas Tod, dann ordinarius 46 n. Ch. (Dio. LX 27. CIL. XIV 2412). Die Inschriften CIGr. 2587 *'Α]σια[τι]κήν, Β[αλε]ρίον 'Ασιατικοῦ γ[υ]ναῖκα, δὶς ὑπάτου καὶ [ἔ]πάρχον τῆς πόλεως τῆς 'Ρωμαί[ων]* u. CIL. XIV 3713 *Valeri Asia[tici p]raefec[ti] urbis* beziehen sich wahrscheinlich auf den *Valerius Asiaticus*, welcher 125 n. Ch. zum zweitenmal Konsul war.

2. *eius*, der Poppäa Sabina, Tochter des Poppäus Sabinus, von dem zu I 80, Mutter der gleichnamigen Gemahlin des Kaisers Nero. XIII 45. Sie war damals mit P. Scipio verheiratet. S. c. 2. 4.

credidit, Valeria Messalina, die Gemahlin des Claudius, über deren Abkunft zu c. 37. Darstellungen von ihr, dem Claudius und deren Kindern *Britannicus* u. *Octavia* bei Visconti u. Mongez Iconogr. Rom. II 191, pl. 27—29, pl. 30, 7, Clarac musée de sculpture 2381—2391, Cohen médailles imp. I pl. X. XI. XII, Müller u. Wieseler Denkmäler der alten Kunst I n. 359. 360. Ann. d. inst. XLIV (1872) p. 56. Tav. E. Bernoulli, Röm. Ikonogr. II 1 S. 329. 356. 364. 368. 414.

hortis inhians. Hortis eius inhians XII 59, *opibus eius inhians* XVI 17, *inhiare dominationi* IV 12.

3. *Lucullo*, der den Krieg gegen Mithridates 74—67 v. Ch. führte. Die Gärten lagen im Norden der Stadt, auf der Westseite des *Collis hortorum* (Monte Pincio). Plut. Luc. 39 *καὶ νῦν ἐπίδοσιν τοιαύτην τῆς τρυφῆς ἐχούσης, οἱ Λουκουλλιανοὶ κῆποι τῶν βασιλικῶν ἐν τοῖς πολυτελεστάτοις ἀριθμοῦνται.* Vgl. unten c. 32. 37.

extollebat 'verschönerte', wie XIII 21 *Baiarum suarum piscinas extollebat.*

Suillium, von dem IV 31.

4. *Britannici*, Sohn des Claudius, mit vollem Namen *Ti. Claudius Britannicus* (CIL. XIV 2769).

5. *benivolentiae* 'Ergebenheit'.

interficiendi C. Caesaris non extimuisse contione in populi Romani fateri gloriamque facinoris ultro petere. Clarum ex eo in urbe, didita per provincias fama, parare iter ad Germanicos exercitus, quando genitus Viennae multisque et validis propinquitatibus subnixus turbare gentiles nationes promptum haberet. At Claudius nihil ultra scrutatus, citis cum militibus tamquam opprimendo bello Crispinum, praetorii praefectum, misit; a quo re-
2 pertus est apud Baias vinclisque inditis in urbem raptus. Neque data senatus copia: intra cubiculum auditur, Messalina coram, et Suillio corruptionem militum, quos pecunia et stupro in omne flagitium obstrictos arguebat, exin adulterium Poppaeae, postremum mollitiam corporis obiectante. Ad quod victo silentio prorupit reus et Interroga, inquit, Suilli, filios tuos; virum esse me fatebuntur. Ingressusque defensionem, commoto maiorem in

1. *C. Caesaris*, des Caligula. Joseph. *Ant.* XIX 1, 20 *Ἐν τούτῳ δὲ* (nach Caligulas Ermordung) *βουλῆς τε γίνεται σύνοδος, καὶ ὁ δῆμος, ἧπερ καὶ εἰώθασιν ἐκκλησιάζειν, ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καταστάς, ἐν ζητήσει τῶν σφαγέων τῶν Γαΐου ἦσαν. Καὶ ἦν γὰρ Ἀσιατικὸς Οὐαλέριος, ὑπατικὸς ἀνήρ· οὗτος ἐπὶ τῶν δήμων καταστὰς θορυβούντων καὶ δεινὸν τιθεμένων τὸ ἔτι λανθάνον τῶν τὸν αὐτοκράτορα ἀπεκτονότων, ἐπεὶ προθύμως πάντες αὐτὸν ἤροντο, τίς ὁ πράξας τυγχάνει, Εἴθε γὰρ ἔγωγε, φησί.*

contione in populi Rom. Über die Stellung der Präposition zu III 10. 72.

3. *didita—fama*, Abl. der Eigenschaft. Verg. Aen. VIII 132 *tua terris didita fama.*

4. *Vienna*, die Hauptstadt der Allobroger, jetzt Vienne in der Dauphiné. Vgl. zur Rede des Claudius (hinter diesem Bande) II 16.

5. *gentiles*, aus denen er abstammte, 'seiner Heimat', in dieser Bedeutung häufig bei Tac. (III 59. VI 32. XII 14. 17. 34), zuerst bei Seneca Herc. fur. 915 (917) *te ramus oleae fronde gentili tegat, Theseu*, dann bei Silius und den gleichzeitigen Dichtern.

7. Über *Rufrius Crispinus* XI 4. XII 42. XIII 45. XV 71. XVI 17. Es waren damals zwei Präfekten des Prätoriums. XII 42.

8. *apud* 'in'; s. zu I 5. Das wegen seiner heißen Mineralquellen und der Gegend sehr besuchte Bajä lag am Golf von Neapel bei Misenum, nahe dem jetzigen Kastell Baja.

2. 9. *senatus*, der sein ordentlicher Richter war. S. zu I 73 u. III 10. *senatus copia* wie *tui copia* I 58.

intra cubiculum. XIII 4 *clausis intra unam domum accusatoribus et reis.* Wahrscheinlich war bei dem kaiserlichen Strafverfahren die Öffentlichkeit regelmäßig ausgeschlossen.

12. *mollitiam corporis*, Preisgeben seines Körpers wie XV 49.

victo silentio. Asiaticus hatte sich bis dahin Gewalt angetan die Anklage trotz ihrer Lügen nicht zu unterbrechen: die letzte Beschuldigung des Suillius überwand sein Schweigen; war stärker, als daß er seinen Vorsatz zu schweigen hätte festhalten können.

13. *virum—fatebuntur.* Er behauptet, die Söhne des Suillius hätten sich ihm preisgegeben. Tac. führt die Äußerung an als charakteristisch für den Mann und die Zeit:

modum Claudio Messalinae quoque lacrimas excivit. Quibus abluendis cubiculo egrediens monet Vitellium, ne elabi reum sineret. Ipsa ad perniciem Poppaeae festinat, subditis, qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent, adeo ignaro Caesare, ut paucos post dies epulantem apud se maritum eius Scipionem percontaretur, cur sine uxore discubuisset, atque ille functam fato responderet. Sed consultanti super absolutione Asiatici flens 3
Vitellius commemorata vetustate amicitiae, utque Antoniam, principis matrem, pariter observavissent, dein percursis Asiatici in rem publicam officiis recentique adversus Britanniam militia, quaeque alia conciliandae misericordiae videbantur, liberum mortis arbitrium ei permisit; et secuta sunt Claudii verba in eandem

seine Ansichten durch eine Mißbilligung vor Mißdeutung zu sichern hatte er bei der Haltung seines ganzen Werks nicht nötig. Die Söhne des Suillius sind *Suillius Caesoninus* (XI 36 *vitiis protectus est, tamquam in illo foedissimo coetu passus muliebria*) und *M. Suillius Nerullinus* (s. zu XII 25).

2. *monet* usw. Tac. gibt sein Urteil über die Tränen der Messalina bloß durch die drastische Zusammenstellung der sich widersprechenden Tatsachen. Ebenso über die Geistesschwäche des Claudius c. 3 zu Anf., wo offen ironisch nur das eine Wort *clementiam* ist, c. 13 durch die Aufzählung seiner rastlosen zensorischen Tätigkeit nach dem Bericht über die Buhlschaft der Messalina. So wirkt er stärker durch die Überraschung und tritt nicht aus seiner Erhabenheit heraus. Vgl. XII 42 zu Ende und 54.

Vitellium, den Vater des Kaisers Vitellius und Günstling des Claudius. Er war in diesem Jahr zum drittenmal Konsul und Zensor mit Claudius. H. I 9 *censoris Vitellii ac ter consulis.* Münzen des Kaisers Vitellius (Cohen méd. imp. I pl. XIV) mit seinem Bilde und *L. Vitellius cos. III. censor.* CIL. X 8067, 1. 2. Die Stellen des Tac. über ihn zu VI 28.

3. Über den *carcer* am Capitolin zu III 50. IV 29.

5. *Scipionem,* über den zu III 74.

7. *responderet.* Die Antwort des Scipio war ebenso gut wie des Claudius Frage ein Zeichen der Unwissenheit dieses, da sie nur bei dieser Unwissenheit möglich war.

3. 8. *Antoniam,* die jüngere. S. zu I 42. III 3. 18. IV 44.

10. *adversus Britanniam,* bei der Eroberung der Insel, 43 n. Ch. XII 36. A. 13.

11. *conciliandae misericordiae videbantur.* Über diese Verbindung zu II 59.

12. *ei* (Asiatico) *permisit* für *permittendum censuit,* worüber zu III 36. Von diesem *permittendum censuit* hängt *consultanti* ab, wie derselbe Dativ von *censebat* II 76. Diese Konstruktion erklärt sich daraus, daß das Abgeben der Stimme auf Aufforderung des *consultans* erfolgt, also indem ihm gehorcht und geantwortet wird. Anders der abl. abs. I 72 *consultante Pompeio Macro.* In freierer Weise steht der Dativ auch bei *inquit* H. III 54 und bei dem ausgelassenen verbum dicendi H. III 38, sowie der Dativ des Standpunkts *reputantibus* H. II 50. J. Müller.

in eandem clementiam ‘welche dieselbe Gnade aussprachen’. Über diese Bedeutung von *in* zu II 13.

clementiam. Hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum, remittere beneficium Asiaticus ait; et usurpatis, quibus insueverat, exercitationibus, lauto corpore, hilare epulatus, cum se honestius calliditate Tiberii vel impetu C. Caesaris periturum dixisset, quam quod fraude muliebri et inpudico Vitellii ore caderet, venas exsolvit, viso tamen ante rogo iussoque transferri partem in aliam, ne opacitas arborum vapore ignis minueretur.
4 Tantum illi securitatis novissimae fuit. Vocantur post haec patres, pergitque Suillius addere reos equites Romanos illustres, quibus Petra cognomentum. At causa necis ex eo, quod domum suam Mnesteris et Poppaeae congressibus praebuissent. Verum nocturnae quietis species alteri obiecta, tamquam vidisset Claudium spicea corona evinctum spicis retro conversis, eaque imagine gravitatem annonae praedixisset. Quidam pampineam coronam albentibus foliis visam atque ita interpretatum tradidere, vergente autumno mortem principis ostendi. Illud haud ambigitur, qualicumque insomnio ipsi fratrique perniciem allatam.

1. *inediam*, wie Cic. ad Att. VII 14, 3 *pacem hortari non desino.* Nep. Dat. 8, 5 *pacem amicitiamque hortatus est.* Ein alter Tragiker (inc. inc. fab. 63 Ri.) *Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.*

2. *remittere beneficium*, dem Claudius, der ihm die Wahl des Todes gestattet hatte. Er verzichte auf den *lenis exitus.*

quibus insueverat, exercitationibus. Deshalb nennt ihn Claudius in seiner Rede II 15 *palaestricum prodigium.*

4. *impetu* 'Ungestüm', 'Aufwallung'.

periturum, näml. *fuisse.* Über diese Ellipse zu II 31.

5. *muliebri*, der Messalina. II 71 *muliebri fraude cecidisse.*

inpudico, von schmutziger Wollust. Suet. Vit. 2.

6. *viso*, von *visere*, wie II 53 *viso fratre Druso.*

7. *partem in aliam.* Über die Wortstellung zu III 10. Das Folgende zeigt, daß er sich in den Lucullischen Gärten (c. 1) tötete.

8. *securitatis novissimae* 'Furchtlosigkeit', 'Ruhe im letzten Augenblick' (XVI 11 *novissimo servitio*). *Securitas* ebenso c. 27 ('Sorglosigkeit'). XIV 6. XV 19. 55. H. III 83.

4. 9. *equites Romanos illustres*, d. h. mit Senatorenzensus; s. zu II 59.

10. *cognomentum* 'Name'; s. zu I 23. *At*, weil Tac., als er *reos* schrieb, bereits an den Gegenstand der Anklage dachte, über den er im nächsten Satz genauer redet. Denn zwischen dem Akt der Anklage überhaupt und der wahren Ursache des Todes besteht kein Gegensatz. Vielleicht ist *at* jedoch der Rest von *erat*, womit der vorhergehende Satz schloß.

11. *praebuissent*, weil Tac. für diesen Glauben der Messalina keine Gewähr übernehmen will. *Mnester*, berühmter Pantomime, war einer der Buhlen der Messalina. S. c. 36. Er war Freigelassener des Kaisers Tiberius nach CIL. VI 20139 *Ti. Iulio Aug*(usti) *l*(iberto), *Mnesteri.*

13. *eaque imagine — praedixisset.* Man gab ihm schuld, er habe seinen Traum bloß deshalb erzählt, um bildlich eine Teuerung vorherzuverkündigen. Hiervon weicht

Sestertium quindecies et insignia praeturae Crispino decreta. Adiecit Vitellius sestertium decies Sosibio, quod Britannicum praeceptis, Claudium consiliis iuvaret. Rogatus sententiam et Scipio, Cum idem, inquit, de admissis Poppaeae sentiam, quod omnes, putate me idem dicere, quod omnes, eleganti temperamento inter coniugalem amorem et senatoriam necessitatem.

Continuus inde et saevus accusandis reis Suillius, multique 5
audaciae eius aemuli. Nam cuncta legum et magistratuum munia in se trahens princeps materiam praedandi patefecerat. Nec quicquam publicae mercis tam venale fuit quam advocatorum perfidia, adeo ut Samius, insignis eques Romanus, quadringentis nummorum milibus Suillio datis et cognita praevaricatione ferro in domo eius incubuerit. Igitur incipiente C. Silio, consule designato, cuius de potentia et exitio in tempore memorabo, consurgunt patres legemque Cinciam flagitant, qua cavetur antiquitus,

also die zweite Version auch insofern ab, als er danach eine ausdrückliche Auslegung seines Traumes gegeben hatte. Eine Teurung war geeignet Unzufriedenheit gegen den Kaiser zu erregen, der für Verproviantierung der Stadt sorgen sollte. III 54. IV 6. XII 43. Über *tamquam* zu III 72.

2. *sestertium decies*, der Senatorenzensus; s. zu I 75.

4. *de admissis* wie XIV 2 *admiserat*. H. IV 44 *cunctis sub Nerone admissis*.

5. *eleganti temperamento*. Denn indem er nur glauben ließ, daß er dasselbe sage wie die übrigen, zeigte er, daß er ungern ihren Abstimmungen zustimmte, und ließ es unentschieden, ob er es bei voller Freiheit überhaupt getan haben würde. 'Abgemessenheit', wie III 12.

5. 7. *Continuus — accusandis reis*, der Ablativ wie IV 36 *postulandis reis tam continuus annus fuit*, wo m. s. Zu der Verbindung *accusandis reis* vergl. D. 36 *accusationes potentium reorum*.

8. *legum munia in se trahens*, der seinen Willen an die Stelle der gesetzlichen Bestimmungen setzt. I 2 *munia senatus magistratuum legum in se trahere*.

10. *publicae mercis*. Staatsware nennt Tac. die Handlungen, zu denen sich öffentliche Personen durch Bestechung verleiten ließen. Hierzu rechnet er die *advocati* (= *causidici*, s. Dial. 1) wegen ihrer Tätigkeit bei einem Staatsinstitut, den Gerichten.

11. *Samius* war von Suillius angeklagt und hatte ihn darauf bestochen, daß er seine Anklagerede so einrichten sollte, daß keine Verurteilung erfolge (*praevaricatio*). Er tötete sich in seinem Hause, um sich durch den öffentlichen Skandal für die Anklage und das unnütz verlorene Geld zu rächen. Der Name *Samius* findet sich auch CIL. X 312, öfter *Sammius*: XII 3183. *Insignis eques* = *illustris eques*.

12. *et cognita praevaricatione*. Über *et* zu I 55.

13. *consule designato*, zum *suffectus*, wahrscheinlich für November und Dezember des folgenden Jahres. Denn daß er bei seinem Tode im Oktober 48 (s. zu c. 31) noch *consul designatus* war, zeigt Sen. lud. 13, 4; Tac. bezeichnet aber c. 28 das Konsulat als nahe.

14. *memorabo*. C. 12 u. 26 ff.

15. Die *lex Cincia* des Volkstribunen M. Cincius Alimentus 204 v. Ch.

6 ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat. Deinde obstrepentibus iis, quibus ea contumelia parabatur, discors Suillio Silius acriter iucubuit, veterum oratorum exempla referens, qui famam et posteros praemia eloquentiae cogitavissent. Pulcherrimam alioquin et bonarum artium principem sordidis ministeriis foedari; ne fidem quidem integram manere, ubi magnitudo quaestuum spectetur. Quod si in nullius mercedem negotia eant, pauciora fore: nunc inimicitias accusationes, odia et iniurias foveri, ut quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat. Meminissent Asinii, Messalae ac recentiorum Arruntii et Aesernini: ad summa provectos incorrupta vita et facundia. Talia dicente consule designato, consentientibus aliis, parabatur sententia, qua lege repetundarum tenerentur, cum Suillius et Cossutianus et ceteri, qui non iudicium, quippe in manifestos, sed poenam statui videbant, circumsistunt Caesarem, ante acta deprecantes. Et postquam annuit, agere incipiunt.
7 Quem illum tanta superbia esse, ut aeternitatem famae spe praesumat? Usui et rebus subsidium praeparari, ne quis inopia advoca-

6. 3. *incubuit* steht absolut; *obstrepentibus iis* ist abl. abs.

4. *famam et posteros* wie XIII 42 *testamenta et orbos,* wo m. s.

5. *alioquin:* wenn man sie nicht zur Erwerbsquelle mache. *sordidis:* für Geld.

6. *ne fidem* usw. Wessen Ziel die Größe des Gewinns ist, wird sich vom Gegner bestechen lassen.

7. *in mercedem eant* 'zum Gewinn führten', wie V 11 *odia in perniciem itura,* sehr nahe den Fällen, in welchen *ire in* = 'zu etwas werden' ist; s. zu III 50.

10. *Asinii, Messalae.* Die zu Ende der Republik und unter Augustus berühmten Redner *C. Asinius Pollio* und *M. Valerius Messala Corvinus.* S. I 12. IV 34. VI 11. XIII 34. D 17. 21. 25. Das Asyndeton enumerativ, wovon Beispiele zweier Glieder zu IV 43, zweier Namen mit Zusätzen zu VI 7, zweier Namen allein, wie hier, VI 15 *L. Cassium, M. Vinicium,* XI 30 *Vettios, Plautios,* XII 2 *Britannicum, Octaviam,* XIII 55 *Tiberio, Germanico,* H. II 95 *Othonem, Vitellium,* IV 42 *Marcellum, Crispum,* Liv. IV 15, 5 *Claudios, Cassios.* Über *L. Arruntius* und *M. Claudius Marcellus Aeserninus,* beide zu Ende des Augustus ausgezeichnete Staatsmänner und Redner, zu I 13. III 11.

13. *tenerentur.* Die genauere Bestimmung des Subjekts (*qui ob causam orandam pecuniam donumve acciperent*) wird als durch den Zusammenhang bekannt vorausgesetzt. Über *Cossutianus Capito* XIII 33. XIV 48. XVI 17. 21 ff.

16. *ante acta deprecantes.* Sie erbitten sich zunächst Straflosigkeit für ihre bisherige Tätigkeit.

7. 17. *Quem illum* wie *quis ille* XII 36. S. zu XIV 22.

spe praesumat. Verg. Aen. XI 18 *animis et spe praesumite bellum.*

18. *Usui et rebus* 'für das Bedürfnis und die Wirklichkeit'. Dadurch, daß man sich bezahlen lasse, sorge man für seine Notdurft, und dies müsse geschehen, damit nicht die Unbemittelten die Vertretung anderer vor Gericht aufzugeben genötigt und bei dem Mangel an Verteidigern die Recht-

torum potentibus obnoxius sit. Neque tamen eloquentiam gratuito contingere: omitti curas familiares, ut quis se alienis negotiis intendat. Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam; nihil a quoquam expeti, nisi cuius fructus ante providerit. Facile Asinium et Messalam, inter Antonium et Augustum bellorum praemiis refertos, aut ditium familiarum heredes Aeserninos et Arruntios magnum animum induisse. Prompta sibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio contionari soliti sint. Se, modicos senatores, quieta re publica, nulla nisi pacis emolumenta petere. Cogitaret plebem, quae toga enitesceret. Sublatis studiorum pretiis etiam studia peritura. Ut minus decora haec, ita haud frustra dicta princeps ratus, capiendis pecuniis *posuit* modum usque ad dena sestertia, quem egressi repetundarum tenerentur.

suchenden der Gnade der Mächtigen anheimgegeben würden (Bei der Erklärung: 'Die Beredsamkeit diene dem praktischen Bedürfnis, gegen Unterdrückung zu schützen' würden die Worte *inopia advocatorum* überflüssig sein). Hier ist also die Notwendigkeit der Bezahlung auseinandergesetzt, im folgenden die Billigkeit. Durch *tamen* aber wird angedeutet, daß, wenn auch der erste Grund als hinfällig erachtet werde, doch jedenfalls der zweite seine Geltung behalte.

2. *ut quis* 'damit man', nicht 'wie' oder 'je nachdem': denn dann verstände sich das Folgende von selbst.

3. *militia*, vermittelst der Besoldung. Es werden nur die Erwerbsquellen genannt, die den Senatoren offen standen (die übrigen waren ihnen untersagt), weil dieser Stand fast ausschließlich die Vertretung vor Gericht übte.

4. *ante providerit*, ein nicht ungewöhnlicher Pleonasmus. *providere* ist hier, I 27 *provisu periculi* (H. III 22, *provisor* XII 4), IV 58 *neque enim tam incredibilem casum providebant*, XIV 59 *nullam opem providebat* und öfter bei andern 'voraussehn' (eigentlich 'nach der Ferne zu sehn'): *praevidere* bezeichnet 'vorhersehn' (eigentlich 'früher sehn', als etwas geschieht, wie XII 40. XIV 55. H. IV 15. V 12; daher auch XII 63 'früher' als andere). An manchen Stellen ist es der Sache nach gleich, welches von beiden steht.

8. *P. Clodius*, der berüchtigte Volkstribun und Gegner des Cicero; *Curio*, tüchtig als Redner, 50 v. Ch. von Cäsar gewonnen, fiel 49 v. Ch. in Afrika. Suet. Caes. 29 (Caesar) *Aemilium Paulum Gaiumque Curionem, violentissimum tribunorum, ingenti mercede defensores paravit.*

9. *quieta re publica* gehört nicht zu *petere*, sondern bezeichnet wie *modicos senatores* die Lage der Redenden: 'Sie, Senatoren von bescheidener Lebensstellung, in einem ruhigen Staat' (eig. 'während der St. ruhig sei'), 'strebten' usw.

10. *cogitaret plebem*, er möge sich in die Lage der ärmeren Bürger versetzen, die nur durch friedliche Tätigkeit, Beredsamkeit und Rechtsgelehrsamkeit *(toga)* emporkommen könnten.

12. *frustra* 'ohne Grund'; s. zu I 30.

posuit modum, d. h. ließ dies vom Senat beschließen. Vgl. zu XIII 5.

8 Sub idem tempus Mithridates, quem imperitasse Armeniis . . . C. Caesaris vinctum memoravi, monente Claudio in regnum remeavit, fisus Pharasmanis opibus. Is rex Hiberis idemque Mithridatis frater nuntiabat discordare Parthos summaque imperii ambigua minora sine cura haberi. Nam Gotarzes inter pleraque saeva necem fratri Artabano coniugique ac filio eius properaverat; unde metus in ceteros, et accivere Vardanen. Ille, ut erat magnis ausis promptus, biduo tria milia stadiorum invadit ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat; neque cunctatur, quin proximas praefecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem eius abnuentibus. In quos, ut patris sui quoque defectores, ira magis

8. 1. *Sub idem tempus.* Schon diese Worte zeigen (vgl. besonders II 27. XII 56), daß der Beginn der Erzählung nicht in das Jahr 47 fällt. Tac. geht hier bis vor 43 n. Ch. zurück, wie die Angaben über den Abfall Seleucias und den Legaten von Syrien *Vibius Marsus* c. 9 und 10 zeigen, wo man s., wahrscheinlich ins Jahr 42, da die letzte bekannte Münze des Artabanus III (VI 31—44) aus dem August dieses Jahrs ist.

Mithridates. Seine Einsetzung in Armenien ist berichtet VI 32 ff. Ebenda über *Pharasmanes* und die im Norden Armeniens am Kaukasus im heutigen Georgien oder Grusien wohnenden Hiberer. Die Lücke ist etwa so auszufüllen *mox evocatum in urbem iussu* (Dio LX 8. Sen. tranq. 11). Bei Tac. ist der Bericht hierüber mit der ganzen Regierungszeit des Caligula nach dem sechsten Buche verloren gegangen. Armenien gehörte damals den Parthern.

2. *monente* 'auf Aufforderung' wie II 37 *princeps monebat,* XII 69 *monente praefecto.*

3. *fisus Pharasmanis opibus.* H. IV 61 *fisus Germanorum opibus.*

4. *summa imperii,* der parthische Thron selbst.

5. *sine cura haberi* wie H. I 79.

Gotarzes usw. Die Nachrichten anderer Schriftsteller (Philostr. v. Apoll. I 21. 28. Joseph. Ant. XX 3, 3) machen es wahrscheinlich, daß dem Artabanus *Vardanes* gefolgt war, aber sogleich von *Gotarzes* verdrängt wurde, womit stimmt, daß wir von *Vardanes* eine Münze aus dem August 42 (demselben Monat, in welchem Artabanus starb) haben. Wahrscheinlich hat Tac. über das Ende des Artabanus und die Ereignisse des Thronwechsels an einer verlornen Stelle berichtet, da er hier *Gotarzes* und *Vardanes* als bekannte Personen erwähnt. Münzen mit Porträts beider bei Visconti Iconogr. gr. III 102 ff. pl. 50.

pleraque 'sehr viel'; s. zu III 1.

8. *invadit* 'wirft sich', 'stürzt sich auf'. Er legte sie zurück und brachte sie dadurch gleichsam in seine Gewalt. Die Entfernung beträgt 75 Meilen. *Biduo* sind 2 Tage mit den Nächten. Er hatte nur eine Reiterschar bei sich, da er gegen einen Unvorbereiteten zog; sein Heer sammelte sich später.

10. *praefecturae* nannten die Römer die Provinzen des parthischen Reichs und Armeniens, die Verwalter derselben *praefecti.* VI 37. 42. XI 10. XIII 37. 39. XV 28. Plin. h. n. VI 9, 27 von Armenien: *dividitur in praefecturas, quas* στρατηγίας *vocant, CXX.*

Seleucensibus. Über die Lage der Stadt s. VI 42.

11. *sui* kann zwischen *patris* und

quam ex usu praesenti accensus, inplicatur obsidione urbis vali-
dae et munimentis obiecti amnis muroque et commeatibus fir-
matae. Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus
bellum renovat; coactusque Vardanes omittere Seleuciam Bactria-
nos apud campos castra contulit. Tunc distractis Orientis viribus 9
et, quonam inclinarent, incertis, casus Mithridati datus est occu-
pandi Armeniam, vi militis Romani ad excidenda castellorum
ardua, simul Hibero exercitu campos persultante. Nec enim re-
stitere Armenii, fuso, qui proelium ausus erat, Demonacte prae-
fecto. Paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniae Cotys,
versis illuc quibusdam procerum; dein litteris Caesaris coërcitus,
et cuncta in Mithridaten fluxere, atrociorem, quam novo regno
conduceret. At Parthi imperatores cum pugnam pararent, foedus

quoque stehn, weil es mit jenem einen Begriff ausmacht und dem Leser nicht zweifelhaft sein kann, daß es unbetont ist. Cic. Lael. 84 *tum se denique errasse sentiunt.* Nep. Ag. 6, 2 *se id quoque fieri debere animadvertisse.* — *defector* bei Tac. nur hier mit einem Genitiv verbunden.

2. *amnis*, des Tigris.

3. *Daharum Hyrcanorumque* im Südosten des Kaspischen Meers. S. zu VI 36.

4. *Bactrianos apud campos* im Nordosten des parthischen Reichs. Baktrien (*Bactria* oder *Bactriana*) mit der Hauptstadt *Bactra* ist das heutige Balkh oder Balch. Vardanes war dem Gotarzes entgegengezogen. *Apud* 'in'; s. zu I 5.

9. 6. *incertis* nicht 'unentschlossen' (denn soviel an ihrem Willen lag, hatten sie sich entschieden), sondern 'da es von ihnen ungewiß war', wem sie infolge des Sieges zufallen würden. So XIII 19 *nemo adire praeter paucas feminas, amore an odio incertas.* Sall. Iug. 49, 5 *inter virgulta equi Numidaeque consederant, neque plane occultati humilitate arborum, et tamen incerti, quidnam esset.* Liv. XXVII 37, 5 *incertus, mas an femina esset, natus erat.* Ebenso XXXI 12, 6. XXX 35, 9 *Italicos, incertos socii an hostes essent, in postremam aciem summotos.*

casus für *occasio;* s. zu XII 50. Die Erzählung knüpft wieder an den Beginn von c. 8 an, dessen übriger Teil Dinge erzählt, die vor der Rückkehr des *Mithrid.* liegen, und als Einleitung zu betrachten ist.

7. *excidenda* wie XIV 23 *Tigranocerta, quibus excisis.*

8. *Hibero exercitu*, das größtenteils aus Reiterei bestand. S. VI 34.

10. *cunctationem afferre* auch c. 36. XII 54.

Armenia minor, im Westen von Großarmenien.

Cotys, Sohn des thracischen Königs, von dem II 64 ff. S. zu II 67. Caligula hatte ihm 39 n. Ch. Kleinarmenien gegeben. Dio LIX 12 *Κότυϊ τήν τε Ἀρμενίαν τὴν σμικροτέραν καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῆς Ἀραβίας τινά, τῷ τε Ῥυμετάλκῃ* (s. II 67) *τὰ τοῦ Κότυος* (d. h. des Vaters des Rhoemetalces, Polemo und Cotys) *ἐχαρίσατο.*

13. *imperatores*, 'Herrscher', 'Gewalthaber', nennt Tac. den Gotarzes und Vardanes, weil keiner von beiden damals im vollen Besitz des Königthrons war und unzweifelhaft Recht auf den Titel *rex* hatte. Doch läßt auch Sallust Iug. 24, 7 einen

repente iaciunt cognitis popularium insidiis, quas Gotarzes fratri patefecit: congressique primo cunctanter, dein complexi dextras, apud altaria deum pepigere fraudem inimicorum ulcisci atque ipsi inter se concedere. Potiorque Vardanes visus retinendo regno: at Gotarzes, ne quid aemulationis existeret, penitus in Hyrcaniam abiit. Regressoque Vardani deditur Seleucia, septimo post defectionem anno, non sine dedecore Parthorum, quos una civitas
10 tam diu eluserat. Exin validissimas praefecturas invisit; et recuperare Armeniam avebat, ni a Vibio Marso, Syriae legato, bellum minitante, cohibitus foret. Atque interim Gotarzes paenitentia concessi regni et vocante nobilitate, cui in pace durius servitium est, contrahit copias. Et hinc contra itum ad amnem Erinden; in cuius transgressu multum certato pervicit Vardanes, prosperisque proeliis medias nationes subegit ad flumen Sinden, quod Dahas Ariosque disterminat. Ibi modus rebus secundis positus: nam Parthi, quamquam victores, longinquam militiam aspernabantur. Igitur structis monimentis, quibus opes suas testabatur nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parta, regreditur ingens gloria atque eo ferocior et subiectis in-

König sich mit jenem allgemeinern Namen bezeichnen: *me, quem vos imperatorem Numidis posuistis.* Ders. sagt Cat. 6, 7 von den Konsuln *annua imperia binosque imperatores sibi fecere.*

1. *iaciunt:* sie werfen plötzlich den Gedanken hin, einen Vertrag zu schließen; 'bahnen an'. Sall. Iug. 11, 5 *iacit oportere ... decreta omnia rescindi.*

6. *septimo*, wahrscheinlich 43 n. Ch., wie die Erwähnung des *Vibius Marsus* im folgenden vermuten läßt. Seleucia war 36 von Artabanus abgefallen (VI 42).

10. 9. *Vibio Marso*, über den zu II 74. Er folgte in der Verwaltung Syriens dem *P. Petronius* etwa 42 n. Ch. (s. zu III 49) und wurde Ende 44 oder Anfang 45 abberufen, in welchem Jahr wir schon seinen Nachfolger *C. Cassius Longinus* in Syrien finden. S. zu XII 11. Joseph. Ant. XIX 6, 4. XX 1, 1.

12. *hinc* 'von dieser Seite', d. h. vom Vardanes. Über den Gebrauch der Ortsadverbien von Personen zu I 70. Dieser Stelle besonders ähnlich III 10 *minas accusantium et hinc preces audit* u. H. V 24 *inde iniuriam et culpam, hinc ultionem et deos fore.*

13. Der Erindes oder Charindas (Ptol. VI 2, 2. Amm. Marc. XXIII 6, 40) ist der vom Alburzgebirge in den Meerbusen von Asterabad fallende Kerind; der Sindes ist wahrscheinlich der Tedschend. *Arios* ist verderbt. *Arii* hießen speziell die Bewohner des Landes *Aria* im Südwesten von Baktrien, in Ost-Chorasan, allgemeiner die von Ost-Iran überhaupt. Das hier gemeinte Volk muß aber im Norden oder Osten der Daher gewohnt haben in der Gegend des *Oxus* (Amu) oder *Jaxartes* (Syr Darja).

multum certato. H. IV 16 *diu certato.*

19. *subiectis*, 'gegen seine Untertanen'. Über die Bedeutung von *intolerans* III 45.

tolerantior; qui dolo ante conposito incautum venationique intentum interfecere, primam intra iuventam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde amorem inter populares quam metum apud hostes quaesivisset. Nece Vardanis turbatae Parthorum res inter ambiguos, quis in regnum acciperetur. Multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdaten, prolem Phraatis, obsidio nobis datum. Dein praevaluit Gotarzes; potitusque regiam, per saevitiam ac luxum adegit Parthos mittere ad principem Romanum occultas preces, quis permitti Meherdaten patrium ad fastigium orabant.

1. *conposito.* Über *componere* 'verabreden' zu III 40. *venationi*: Jagd war einer der Hauptgenüsse der parthischen Könige im Anschluß an die persische Sitte. II 2 vom parthischen König Vonones *diversus a maiorum institutis, raro venatu.* Suet. Cal. 4 *regum etiam regem et exercitatione venandi et convictu megistanum abstinuisse, quod apud Parthos iustitii instar est.* Nep. Alc. 11, 5 *Persas, apud quos summa laus esset fortiter venari, luxuriose vivere.*

2. *paucos inter* usw. 'ruhmreich wie nur wenige' usw. Liv. XXII 7, 1 *inter paucas memorata populi Romani clades*, XXXVIII 15, 9 *inter paucas munitae urbis*, Curt. V 17, 5 *agmen inter pauca fortunae exempla memorandum*, Quint. X 3, 13 *inter paucos disertus*, Plin. h. n. XXVII 7, 45 *herbae inter paucas utilissimae;* von Sachen auch mit dem Neutrum, wie bei Plin. h. n. XXVI 10, 95 *inter pauca mirabilis est orchis herba* und öfter. Über die Stellung der Präposition zu III 72.

4. *Nece Vardanis.* Die letzte bekannte Münze des Vardanes ist aus dem August 45, die erste des Gotarzes aus dem September 46. Die folgenden Ereignisse gehen bis Ende 48 n. Ch. Die Fortsetzung XII 10.

5. *inter ambiguos*, 'inmitten', 'im Streite der' usw.; d. h. 'da sie — waren'. Ebenso H. I 1 *ita neutris cura posteritatis, inter infensos vel obnoxios.* A. 32 *inter male parentes et iniuste imperantes aegra municipia et discordantia.* Auch bei Worten, die Empfindungen bezeichnen: II 66 *inter metum et iram cunctatus.* XIV 49. H. IV 59 *varie excepta oratio inter spem metumque ac pudorem.*

in regnum 'Königsherrschaft', 'Thron', wie II 4 *Vononen in regnum accipiunt*, wo m. s. XII 14 *accitusque in regnum.* 50 *deducere in regnum.* Liv. I 34, 6 *arcessitum in regnum Numam.* 35, 3. II 6, 2. 15, 1 *de reducendo in regnum Tarquinio.*

6. *Meherdates*, der Enkel des *Phraates IV*, Sohn des Vonones, von dem II 1 ff. S. XII 10.

7. *obsidium* von *obses* kommt nur hier vor.

potiri mit dem Akkusativ bei Tac. nur hier, wie *fungi* nur III 2. IV 38, *vesci* Agr. 28.

8. *mittere.* Diese Sendung ist das einzige mit der römischen Geschichte in Verbindung stehende Ereignis, welches für Tac. den Anlaß gegeben haben kann, alles Vorhergehende unter dem Jahre 47 zu erzählen.

10. *orare* mit dem Acc. c. Inf. nach dem Gebrauche dieser Zeit, über den zu I 74 *tulit absolvi reum.*

11 Isdem consulibus ludi saeculares octingentesimo post Romam conditam, quarto et sexagesimo, quam Augustus ediderat, spectati sunt. Utriusque principis rationes praetermitto, satis narratas libris, quibus res imperatoris Domitiani composui. Nam is quoque edidit ludos saeculares, iisque intentius affui sacerdotio quindecimvirali praeditus ac tunc praetor. Quod non iactantia refero, sed quia collegio quindecimvirum antiquitus ea cura, et magistratus potissimum exequebantur officia caerimoniarum. Sedente

11. 1. *Isdem consulibus*, Kaiser Claudius zum vierten- und L. Vitellius (s. zu c. 2) zum drittenmal, welche beim verlornen Jahresanfange erwähnt waren. Bei *octingentesimo* ist mit leichter Ellipse *anno* ausgelassen.

4. *libris, quibus* usw., dem letzten Teil der Historien. Einl. S. 17. Die alten Säkularspiele waren gefeiert 505 und 605 der Stadt (249 und 149 v. Chr.) auf Grund eines Sibyllinischen Spruches, der sie in dem erstgenannten Jahr und darauf alle 100 Jahr zu feiern befahl. Augustus nahm aber nach einem damals kursierenden Spruch der Sibylla das *saeculum* zu 110 Jahren an und ließ, da er die Spiele 737 d. St. (17 v. Chr.) feiern wollte, vorgeblich nach den Protokollen *(commentarii)* der Quindecimvirn als frühere Jahre der Feier 298, 408, 518, 628 bezeichnen, wobei in Rechnung gebracht wurde, daß man ohne die Kalenderverbesserung Cäsars 738 statt 737 geschrieben haben würde. Claudius faßte die Spiele ihrer ursprünglichen Einsetzung zuwider als 100jährige Feier der Gründung Roms, für die er Varros damals herrschende Berechnung annahm. Domitian, der seine Säkularspiele im J. 841 der Stadt (88 n. Chr.) gab, folgte dem Aug., feierte sie aber 6 Jahre zu früh. Einer dieser beiden Theorien, des Aug. oder Claudius, folgten auch alle spätern. Rhein. Mus. VIII 365.

5. *sacerdotio quindecimvirali*, eins der vier höchsten Priesterkollegien, das die Sibyllinischen Bücher bewahrte und auf Befehl des Staats einsah. Vgl. zu III 64. VI 12. Die Verbindung mit *praeditus* auch XVI 22. Cic. Att. VIII 3, 2 *sacerdotio amplissimo praeditus.*

7. *ea cura*, bei den Säkularspielen mitzuwirken. Sie hatten diese Mitwirkung, weil die Säkularspiele auf den Sibyllinischen Büchern beruhten. Auch in den Inschr., welche uns über die Feier der Augusteischen Säkularspiele erhalten sind (CIL. I p. 442), wird unter der leitenden Kommission der *magister* der Quindecimvirn genannt, sowie die Quindecimvirn überhaupt auf Münzen auf die Augusteischen (Eckhel d. n. VI 102) u. bei Hor. carm. saec. 70 *quindecim Diana preces virorum Curat.*

magistratus, d. h. diejenigen der Quindezimvirn, welche in dem betreffenden Jahr ein höheres Staatsamt bekleideten.

8. *Sedente*, 'während er dasaß', zugegen war. Cic. de l. agr. I (b. Gell. XIII 24, 6) *castra Cn. Pompeii sedente imperatore decemviri vendent*, p. Sest. 33 *isdem consulibus sedentibus atque inspectantibus lata lex est*, ad fam. I 9, 7 *ego sedente Cn. Pompeio dixi me Bibuli fortunam omnium triumphis anteferre*, Sen. ep. 97, 8 *quo sedente populus negatur permisisse sibi postulare Florales iocos.* Ebenso *stante* für *astante* Cic. or. 213 *me stante C. Carbo, C. f., tribunus pl., in contione dixit his verbis*, Liv. VII 31, 11 *stantibus legatis.*

Claudio circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum
Troiae inirent interque eos Britannicus imperatore genitus et
L. Domitius adoptione mox in inperium et cognomentum Neronis
adscitus, favor plebis acrior in Domitium loco praesagii acceptus
est. Vulgabaturque adfuisse infantiae eius dracones in modum
custodum, fabulosa et externis miraculis adsimilata: nam ipse,
haudquaquam sui detractor, unam omnino anguem in cubiculo
visam narrare solitus est. Verum inclinatio populi supererat ex 12
memoria Germanici, cuius illa reliqua suboles virilis; et matri
Agrippinae miseratio augebatur ob saevitiam Messalinae, quae
semper infesta et tunc commotior, quo minus strueret crimina
et accusatores, novo et furori proximo amore distinebatur. Nam
in C. Silium, iuventutis Romanae pulcherrimum, ita exarserat, ut
Iuniam Silanam, nobilem feminam, matrimonio eius exturbaret
vacuoque adultero poteretur. Neque Silius flagitii aut periculi
nescius erat; sed certo, si abnueret, exitio et nonnulla fallendi
spe, simul magnis praemiis, operire futura et praesentibus frui
pro solacio habebat. Illa non furtim, sed multo comitatu ventitare domum, egressibus adhaerescere, largiri opes honores. Postremo, velut translata iam fortuna, servi liberti paratus principis apud adulterum visebantur.

At Claudius matrimonii sui ignarus et munia censoria usur- 13

1. *ludicrum Troiae.* Dies bestand in einem Scheinkampf. Verg. Aen. V 545 ff.

3. *L. Domitius*, der Sohn des Cn. Domitius und der Agrippina, Tochter des Germanicus. S. IV 75. *Cognomentum* wie c. 4.

5. *dracones.* Auf diese scheint sich die Inschrift eines Altars zu beziehen CIL. VI 143 *Carpus Aug. lib. Pallantianus sanctis draconibus d. d.*

12. 8. *supererat* ʻwar geblieben', ʻnoch vorhanden'.

12. *distinebatur, quo minus* usw. ʻsie war ganz in Anspruch genommen, so daß sie nicht anstiftete', d. h. daß sie verhindert war anzustiften. Übersetze ʻwelche — nur darum nicht Beschuldigungen und Ankläger anstiftete, weil sie — ganz in Anspruch genommen war'. Ähnlich *ne*, von dem zu c. 15.

14. *Iuniam Silanam*, von der noch XIII 19, 22. XIV 12, Tochter des *L. Silanus*, von dem zu III 39, oder des *M. Silanus*, von dem zu III 24.

19. *opes* ʻReichtum', öfters mit *honores* verbunden. S. zu I 2.

20. *translata iam fortuna*, als wäre die Stellung des Kaisers schon auf ihn übergegangen. Über diese Bedeutung von *fortuna* zu c. 30.

13. 22. *matrimonii sui ignarus* ʻblind in Betreff seiner Ehe'. H. I 49 *amicorum libertorumque usque ad culpam ignarus.*

munia censoria. Claudius war Zensor mit L. Vitellius (c. 2) auf 5 Jahre (XII 4. 5), welche Dauer die Zensur, wie bei ihrer Einsetzung, nach Zon. VII 19 p. 144 Dind. zuletzt wieder hatte und welche Cic. de legg. III 3 in seinem Verfassungs-

pans, theatralem populi lasciviam severis edictis increpuit, quod in Publium Pomponium consularem (is carmina scaenae dabat) inque feminas illustres probra iecerat; et lege lata saevitiam creditorum coërcuit, ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum faenori darent; fontesque aquarum Simbruinis collibus deductos urbi intulit; ac novas litterarum formas addidit vulgavitque, comperto Graecam quoque litteraturam non simul coeptam absolutamque.

14 Primi per figuras animalium Aegyptii sensus mentis effingebant (ea antiquissima monimenta memoriae humanae inpressa

entwurf für sie aufstellt. (Doch vergleiche die gegen die Glaubwürdigkeit dieser Überlieferung erhobenen Bedenken bei Mommsen, Staatsrecht II p. 337—338.) Claudius und Vitellius traten die Zensur, nachdem sie ihr Konsulat niedergelegt, in diesem Jahr 47 n. Chr. an, worüber in dem verlornen Teile dieses Buchs berichtet war, wie CIL. IX 5959 zeigt, wo Claudius *tr*(ibunicia) *pot*(estate) $\overline{\text{VII}}$, *cos* $\overline{\text{IIII}}$, *imp.* $\overline{\text{XI}}$, d. i. 47 n. Chr. *censor designat*(us) heißt, und führten sie bis Ende 52 n. Chr., wie die tabula honestae missionis CIL. X 769 aus dem Dezember dieses Jahrs dartut, wenn hier nicht der Titel die Vergangenheit bezeichnet, da er CIL. VI 1256 aus demselben Jahr (s. unten) fehlt. Dies Amt war zuletzt vor ihnen 22 v. Chr. besetzt; Augustus und Tiberius hatten es ohne den Titel ausgeübt. Suet. Claud. 16. Vit. 2.

2. *Publium Pomponium.* S. zu V 8.

3. *lege lata.* Über die *leges* der Kaiserzeit, deren Annahme durch das Volk reine Formalität war, zu IV 16. Auch Vespasian ließ nach Suet. Vesp. 11 vom Senat beschließen, *ne filiorum familiarum faeneratoribus exigendi crediti ius umquam esset, hoc est, ne post patrum quidem mortem.* Wahrscheinlich dieses letztere ist das *senatus consultum Macedonianum,* von dem Dig. XIV 6 u. Cod. IV 28 handeln.

4. *filiis familiarum,* d. h. Söhnen, die in *patria potestate* standen. S. zu I 26.

5. *Simbruinis collibus* beim heutigen *Subiaco.* S. XIV 22. Es waren zwei Leitungen, die *aqua Claudia* und der *Anio novus,* begonnen schon von Caligula 38 n. Chr., von Claudius 52 n. Chr. vollendet. Frontin de aq. 13. CIL. VI 1256 *Ti. Claudius, Drusi f*(ilius), *Caisar Augustus Germanicus, pontif. maxim., tribunicia posestate XII, cos. V, imperator XXVII, pater patriae, aquas Claudiam ex fontibus, qui vocabantur Caeruleus et Curtius, a miliario XXXXV, item Anienem novum a miliario LXII sua impensa in urbem perducendas curavit.*

7. *quoque — non* statt *ne — quidem;* s. zu III 54.

litteraturam 'das Alphabet'. Ähnlich bei Cic. part. or. 26 'Schrift', d. h. die Buchstaben: (litteratura) *constat ex notis litterarum et ex eo, in quo imprimuntur illae notae.*

14. 9. *Primi* bezieht sich bloß auf *sensus mentis effingebant:* denn die hier angegebene Art der Zeichen blieb ihnen eigentümlich. *Per figuras animalium,* die Hieroglyphen, welche indes auch Bilder lebloser Gegenstände enthalten.

saxis cernuntur), et litterarum semet inventores perhibent; inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intulisse Graeciae gloriamque adeptos, tamquam repppererint, quae acceperant. Quippe fama est Cadmum classe Phoenicum vectum rudibus adhuc Graecorum populis artis eius auctorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem vel Linum Thebanum et temporibus Troianis Palamedem Argivum memorant sedecim litterarum formas, mox alios ac praecipuum Simoniden ceteras repperisse. At in Italia Etrusci ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Euandro didicerunt; et forma litteris Latinis, quae veterrimis Graecorum. Sed nobis quoque paucae primum fuere, deinde additae sunt. Quo exemplo Claudius tres litteras adiecit, quae in usu imperitante eo, post obliteratae, aspiciuntur etiam nunc in aere publico per fora ac templa fixo.

Retulit deinde ad senatum super collegio haruspicum, ne 15

2. *praepollebant* und (3) *acceperant.* Über die Indikative in der or. obl. zu I 10.

4. Der phönizische Ursprung des griechischen Alphabets ist sicher, die Person des *Cadmus* aber mythisch. Die Sagen von *Cecrops, Linus* und *Palamedes* sind ungereimt. *Simonides* ist der berühmte Lyriker aus Keos, 559—469 v. Chr., welcher η ψ ω hinzugefügt haben soll. Ältere griechische Erfindungen sind υ ξ φ χ.

vectum, der Sache nach gleich *advectum* wie I 70 *quas navibus vexerat*, H. IV 50 *illi raptim vecti; travectus* XII 40 *is propere vectus*, II 41 *vecta spolia; evehere* XIV 54 *eos ad summa vexisse; avehere* H. V 21 *Tutorem Classicumque adpulsae lintres vexere.*

9. *Demarato*, dem Vater des Tarquinius Priscus. *Euander* ist mythisch, und die Etrusker müssen die Schrift eher gehabt haben als die Latiner (Aboriginer). Beide haben sie aber direkt von den Griechen erhalten. Über die Stellung *Arcade ab Euandro* zu II 60.

11. *additae.* Das unbestimmte Pronomen ('welche') ist ausgelassen, wie III 62 *quorum vetustissimum* (delubrum) *Paphiae Veneri auctor Aërias, post Amathus Veneri Amathusiae et Iovi Salaminio Teucer posuissent*, XI 24 *et . . . Etruria Lucaniaque et omni Italia in senatum ascitos*, XII 11 *quamquam is quoque miserat*, H. IV 76 *Transvectam e Britannia legionem, accitas ex Hispania, adventare ex Italia.* Später sind im lateinischen Alphabet *g* (seit dem fünften Jh. der Stadt Rom) und *y z* (seit Ende der Republik).

12. *tres litteras*, das Digamma inversum Ⅎ für den Konsonanten *u* (Vau), das Antisigma Ͻ für *bs* und *ps*, endlich für *y* und den in manchen Wörtern (z. B. den Superlativen) zwischen *i* und *u* schwankenden Laut das Zeichen Ⱶ. Quint. I 7, 26. Priscian gr. L. II 15, 5. 33, 4. Vel. Long. ebd. VII 75, 17. Nur das erste und letzte für *y* finden sich noch auf Inschriften, die auch das ebenfalls von Claudius eingeführte *ai* statt *ae* zeigen.

13. *aere publico.* XII 53 *fixum est in aere publico senatus consultum.* Die Buchstaben wurden auch von Privaten gebraucht; Tac. erwähnt nur die Staatsinschriften, weil sie augenfälliger aufgestellt waren.

15. 15. *collegio.* Es bestand

vetustissima Italiae disciplina per desidiam exolesceret. Saepe adversis rei publicae temporibus accitos, quorum monitu redintegratas caerimonias et in posterum rectius habitas; primoresque Etruriae sponte aut patrum Romanorum inpulsu retinuisse scientiam et in familias propagasse; quod nunc segnius fieri publica circa bonas artes socordia, et quia externae superstitiones valescant. Et laeta quidem in praesens omnia, sed benignitati deum gratiam referendam, ne ritus sacrorum inter ambigua culti per prospera obliterarentur. Factum ex eo senatus consultum, viderent pontifices, quae retinendae firmandaeque haruspicinae.

16 Eodem anno Cheruscorum gens regem Roma petivit, amissis per interna bella nobilibus et uno reliquo stirpis regiae, qui apud urbem habebatur, nomine Italicus. Paternum huic genus e Flavo, fratre Arminii, mater ex Actumero, principe Chattorum, erat;

schon damals ein *ordo haruspicum* von 60 Mitgliedern. Dies beweist die aus der ersten Kaiserzeit oder aus der letzten Zeit der Republik stammende Inschrift Bull. d. c. a. com. die Roma XVIII S. 140: *L. Vinuleius L. f. Pom. Lucullus arispex ex sexaginta.*

2. *accitos*, Etrusker, bei denen die Haruspicin heimisch war.

6. *circa.* S. zu c. 29.

externae superstitiones, besonders der ägyptische Isis- und Serapisdienst, auch die jüdische und die christliche Religion. Vgl. II 85.

8. *ne*, ‘dadurch, daß man verhüte, daß’ usw., ‘dadurch, daß man — nicht in Vergessenheit geraten lasse’. Ebenso c. 18 *veterem ad morem reduxit, ne quis agmine decederet*, XII 47 *visui tamen consuluit, ne coram interficeret*, und ähnlich ‘aus Furcht, daß’, ‘in dem Gedanken, daß nicht’ XI 26 *Segniter eae voces acceptae, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus sperneret adulteram*, H. II 23 *diffisus paucitati cohortium, ne longius obsidium — parum tolerarent*, 26 *Timuisse se — tantum insuper laboris atque itineris, ne Vitellianus miles — fessos aggrederetur.* III 26 *Munire castra, id quoque propinquis hostibus formidolosum, ne dispersos et opus molientes subita eruptione turbarent.* Beides auch Cic. Verr. I 46 *verbum tamen facere non audebant, ne forte ea res ad Dolabellam ipsum pertineret;* Liv. V 41, 6 *inde rursus ipsa solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet.* Vgl. über *quo minus* c. 12.

10. Die Hds. *quae retinenda firmandaque haruspicum.* Aber die Rede des Claudius, besonders der Schluß, zeigt, daß nicht eine Auswahl in den Bräuchen der Haruspices angestellt, sondern ihre ganze Wissenschaft, wie früher, bewahrt und gesichert werden sollte.

16. 11. *Cheruscorum.* Über ihre Wohnsitze zu I 56.

regem Roma petivit. Dieselbe Verbindung II 1. XII 14. VI 31 *Phraaten Roma poscebant.*

12. *per* ‘in’, nicht instrumental, wie z. B. auch IV 55 *per bella Persi et Aristonici.*

apud ‘in’. S. zu I 5.

13. *Paternum — e Flavo*, d. h. sein Vater war Flavus, wie XII 44 *materna origine ex paelice Graeca.* Über *Flavus* II 9.

14. *Actumero.* Der Name ist unsicher, da die Hds. c. 17 *Catumero* hat und bei Strabo VII 1, 4 steht

8. *fortunae paratus,* 'der Stellung', näml. der kaiserlichen, wie c. 12 von derselben Sache *paratus principis.* S. zu IV 18 und vgl. XII 37. XIII 6. 13, besonders H. I 10. III 42 *post* und *ante fortunam* 'nach' und 'vor der Erhebung zum Kaiser'.

Frueretur, nämlich Silius. Zu *reposceret* ist eher Claudius als Narcissus als Subjekt zu denken.

9. *An discidium* usw. 'Oder weißt du um deine Scheidung?' und zeigt deine Untätigkeit, daß du sie billigst?

10. *populus et senatus et miles,* die wesentlichsten Bestandteile des Staats, wie I 7 *senatus milesque et populus,* XIV 11 *militi patribusque et plebi.*

31. 13. *Turranium,* der diese Würde schon beim Regierungsantritt des Tiberius bekleidete. S. zu I 7. Über *Lusius Geta* XII 42; er ist vielleicht identisch mit dem Präfekten von Ägypten Λούκιος Λούσιος Rev. arch. 1899 S. 428. Der andere *praefectus praetorio* Rufrius Crispinus war jedenfalls in der Stadt.

strepunt, iret in castra, firmaret praetorias cohortes, securitati ante quam vindictae consuleret. Satis constat eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret, an ipse imperii potens, an Silius privatus esset.

At Messalina non alias solutior luxu, adulto autumno simulacrum vindemiae per domum celebrabat. Urgeri praela, fluere lacus; et feminae pellibus accinctae adsultabant ut sacrificantes vel insanientes Bacchae: ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens, iuxtaque Silius hedera vinctus, gerere coturnos, iacere caput, strepente circum procaci choro. Ferunt Vettium Valentem lascivia in praealtam arborem conisum, interrogantibus, quid aspiceret, respondisse tempestatem ab Ostia atrocem, sive coeperat ea spe-
32 cies, seu forte lapsa vox in praesagium vertit. Non rumor interea, sed undique nuntii incedunt, qui gnara Claudio cuncta et venire promptum ultioni afferrent. Igitur Messalina Lucullanos in hortos, Silius dissimulando metum ad munia fori digrediuntur.

1. *castra*, die Kaserne der Prätorianer. S. IV 2.

5. *adulto autumno*. Über diese Bezeichnung der Jahreszeiten zu II 23. Die Weinlese fiel in den Oktober. Die *menologia rustica* CIL. I p. 359 im Oktober: *Vindemiae Sacrum Libero*.

6. *fluere lacus* 'die Kufen strömten', d. h. füllten sich mit dem aus den Pressen strömenden Most. Sil. VII 189 *vilisque rubenti fluxit mulctra mero*.

7. *adsultare* hier 'daneben springen', gewöhnlich 'heranspringen'. Wie hier vielleicht H. IV 22 *adsultante per campos equite*.

8. *crine fluxo* gewählt statt *crinibus passis*.

9. *coturnos*. Diese Form (ohne *h*) bieten durchweg die maßgebenden Handschriften. Das Wort ist früh und daher vollständig latinisiert, worauf auch das *u* (statt *o*) deutet.

10. *Vettius Valens*, berühmter Arzt, Plin. h. n. XXIX 1, 8 *Exortus deinde est Vettius Valens, adulterio Messalinae Claudii Caesaris nobilitatus pariterque eloquentiae adsectator. Is eam potentiam* (die Gunst der Kaiserin) *nactus novam instituit sectam*.

11. *interrogantibus* kann als ein von *respondisse* abhängiger Dativ, aber auch als Abl. abs. 'da man fragte' nach dem zu I 29 besprochenen Gebrauch gefaßt werden.

32. 14. *gnarus* hat Tac. oft und außer ihm nur Apulejus passivisch für *notus* gesetzt, während *ignarus*, das er ebenfalls häufig für *ignotus* gebraucht, sich ebenso findet bei Sallust Jug. 18, 6 *ignara lingua*; 52, 4 *regio hostibus ignara*; inc. 63 Kr. *more humanae cupidinis ignara visundi*; Vergil Aen. X 706 *ignarum Laurens habet ora Mimanta*; Ovid Met. VII 404 *proles ignara parenti*. Bei Tac. steht *gnarus* so I 5. 51. 63. III 6. VI 35. 46. XII 45. XV 61. H. III 79. V. 17; *ignarus* II 13. III 69. IV 8. VI 22. XII 45. XV 62. H. III 8.

15. *Lucullanos in hortos*, S. c. 1. Die Form *Lucullanus* ist bei Frontin, Sueton und Späteren überliefert. Auf dieselbe Form deutet die Überlieferung bei Tac. hier, wo *fucilianos*, und c. 37, wo *lucilianis* im Med. steht, welches beides auf *luculan-* zurückgeht; vgl. *aluculo* XIII 34 = *a Lucullo*.

16. *dissimulando metum* 'indem er seine Furcht verbarg'. Vgl.

Ceteris passim dilabentibus adfuere centuriones, inditaque sunt vincla, ut quis reperiebatur in publico aut per latebras. Messalina tamen, quamquam res adversae consilium eximerent, ire obviam et aspici a marito, quod saepe subsidium habuerat, haud segniter intendit, misitque, ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent. Et Vibidiam, virginum Vestalium vetustissimam, oravit pontificis maximi aures adire, clementiam expetere. Atque interim tribus omnino comitantibus (id repente solitudinis erat) spatium urbis pedibus emensa, vehiculo, quo purgamenta hortorum excipiuntur, Ostiensem viam intrat, nulla cuiusquam misericordia, quia flagitiorum deformitas praevalebat.

Trepidabatur nihilo minus a Caesare: quippe Getae, prae- 33
torii praefecto, haud satis fidebant, ad honesta seu prava iuxta levi. Ergo Narcissus adsumptis, quibus idem metus, non aliam spem incolumitatis Caesari affirmat, quam si ius militum uno illo die in aliquem libertorum transferret; seque offert suscepturum. Ac ne, dum in urbem vehitur, ad paenitentiam a L. Vitellio et

obiectando VI 38, *obiciendo* XIV 7. S. zu VI 32 *regendis provinciis.* Auch XV 69 *dissimulando metu* liegt, wie es scheint, ein Ablativ vor.

1. *Ceteris — dilabentibus* Abl. absol.; *inditaque sunt vincla* bezieht sich auch auf Silius: nur Messalina wird durch das Folgende ausgenommen.

3. *consilium eximerent.* Sie befand sich in einer so gefährlichen Lage, daß ein wirklich überlegtes Handeln unmöglich war; was sie tat, geschah aus Instinkt.

5. *misitque.* Die Kinder waren nicht bei ihr, sondern wahrscheinlich im Palatium. Dahin sandte sie also den Befehl.

6. *Vibidia* und ihr Vater wurden in Athen durch Statuen geehrt, deren Inschriften erhalten sind. C. I. Att. III 1. 875. 603 *Ὁ δ]ῆμος [Οὐιβιδίαν, ἱ[ερὰν παρθένον, [Σέξτον Οὐιβιδ]ίου Οὐίρρωνος [θυγατέρα εὐ]σεβείας ἕνεκα* und *Ὁ δῆμος [Σ]έξτον Οὐιβίδιον Οὐίρρωνα ἀρετῆς ἕνεκα [κα]ὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν.* Hiernach ist II 48 statt *Vibidium Varronem* zu schreiben *Virronem:* wie nahe der dort erwähnte der Vestalin verwandt war, ist nicht zu bestimmen.

vetustissima = maxima. Die älteste Vestalin hatte die Leitung der übrigen.

pontificis maximi. Das höchste Priesteramt bekleideten die Kaiser selbst, die der Senat dazu wählte. S. zu III 58.

33. 12. *a* 'auf Seiten', wie IV 25 *ab Romanis.* Vgl. V 3 *a primoribus trepidabatur.* XIII 16 *trepidatur a circumsedentibus.*

15. *incolumitatis* 'für das Leben'. S. zu XIV 1. *Caesari* hängt von dem zu ergänzenden *esse* ab.

17. *et Largo Caecina.* Die Hds. *p. Largo Caecina,* woraus man gemacht hat *et P. Largo Caecina.* Aber *p.* ist aus der Abkürzung von *et* entstanden. Es ist *C. Caecina Largus* gemeint, einer der nächsten Freunde des Claudius, was sowohl seine Heranziehung in die nächste Umgebung des Kaisers mit *L. Vi-*

Largo Caecina mutaretur, in eodem gestamine sedem poscit assu-
34 miturque. Crebra posthac fama fuit, inter diversas principis voces, cum modo incusaret flagitia uxoris, aliquando ad memoriam coniugii et infantiam liberorum revolveretur, non aliud prolocutum Vitellium quam O facinus! o scelus! Instabat quidem Narcissus aperire ambages et veri copiam facere; sed non ideo pervicit, quin suspensa et, quo ducerentur, inclinatura responderet exemploque eius Largus Caecina uteretur.

Et iam erat in aspectu Messalina clamitabatque audiret Octaviae et Britannici matrem, cum obstrepere accusator, Silium et nuptias referens; simul codicillos libidinum indices tradidit, quis visus Caesaris averteret. Nec multo post urbem ingredienti offerebantur communes liberi, nisi Narcissus amoveri eos iussisset. Vibidiam depellere nequivit, quin multa cum invidia flagitaret, ne indefensa coniux exitio daretur. Igitur auditurum principem et fore diluendi criminis facultatem respondit: iret interim virgo et sacra capesseret.

35 Mirum inter haec silentium Claudi, Vitellius ignaro propior:

tellius (s. zu c. 2) bei dieser Gelegenheit u. c. 31 *potissimum quemque amicorum vocat* als der Umstand zeigt, daß Claudius ihn 42 n. Chr. zu seinem Kollegen im Konsulat machte und das ganze Jahr im Amte ließ (Dio LX 10. CIL. X 6638. VI 2015. Vgl. zu XV 25): er wird öfter als Arvale erwähnt (CIL. VI 2028—2035). Ein *P. Largus Caecina* ist nicht nachzuweisen. Auch widerspricht es der Gewohnheit des Tac., drei Namen zu setzen; s. zu II 1.

1. *gestamen* ist hier ein Wagen. Sen. ep. 122, 16 *Quaero circa horam octavam noctis, quid sibi ille sonus rotarum velit. Gestari dicitur.* Martial I 12, 8 *gestatus biiugis Regulus esset equis.*

34. 2. *posthac* gehört nicht zu *fama fuit,* sondern bezeichnet, daß das, was sogleich als Gegenstand der *fama* berichtet wird, auf das Vorausgehende folgte. Ebenso H. III 71 *Hic ambigitur, ignem tectis oppugnatores iniecerint, an* usw.

4. *infantiam* steht für die Erwähnung der oder den Gedanken an die Kindheit, wie wir sagen 'auf etwas zurückkommen'. Der prägnantere Ausdruck ist mit dem gewöhnlichen *(ad memoriam coniugii)* verbunden, wie II 27 *Chaldaeorum promissa, magorum sacra, somniorum etiam interpretes,* XII 22 *qui obiceret Chaldaeos, magos, interrogatumque Apollinis Clarii oraculum,* XIII 25 *ludicram licentiam et fautores histrionum.* H. III 19 *clementiam* (für *clementiae famam*) *et gloriam, inania, laturos,* IV 32 *orsus a questu periculisque,* 57 *Galbam et infracta tributa,* 69 *periculo* (Darstellung der Gefahr) *ac metu,* V 25 *respicerent Raetos Noricosque et ceterorum onera sociorum.* S. zu I 41. 43.

6. *aperire ambages* 'seine zweideutigen Reden zu erklären'. H. II 78 *Has ambages et statim exceperat fama et tunc aperiebat.* 53 *Nec ceteri sententiam aperiebant* ('sagten offen').

14. *multa cum invidia* 'in sehr beschämender Weise'; s. zu III 67.

35. 18. *ignaro* 'einem, der von nichts wußte', wie VI 50. XIII 16

omnia liberto oboediebant. Patefieri domum adulteri atque illuc deduci imperatorem iubet. Ac primum in vestibulo effigiem patris Silii consulto senatus abolitam demonstrat, tum quicquid avitum Neronibus et Drusis, in pretium probri cessisse. Incensumque et ad minas erumpentem castris infert, parata contione militum; apud quos praemonente Narcisso pauca verba fecit: nam etsi iustum dolorem pudor impediebat. Continuus dehinc cohortium clamor nomina reorum et poenas flagitantium; admotusque Silius tribunali non defensionem, non moras temptavit, precatus, ut mors accelereretur. Eadem constantia et illustres equites Romani. [Cupido maturae necis fuit.] Et Titium Proculum custodem a Silio Messalinae datum et indicium offerentem, Vettium Valentem confessum et Pompeium Urbicum ac Saufeium Trogum ex consciis tradi ad supplicium iubet. Decrius quoque Calpurnianus, vigilum praefectus, Sulpicius Rufus, ludi procurator,

nescius, XIV 3 und ähnlich oben c. 13. H. I 29 *ignarus*.

2. *patris Silii*, des *C. Silius*, der unter Tiberius einer falschen Majestätsanklage zum Opfer gefallen war; s. IV 18 ff. Die *nobiles* (s. zu IV 3) stellten die Bilder ihrer Ahnen im Atrium (hier *vestibulum*) auf.

4. *Neronibus et Drusis*, wie I 28 *pro Neronibus et Drusis*, wo m. s. Der Kaiser stammte von den *Claudii Nerones* und durch Adoption von den *Livii Drusi*. Narcissus meint die Geschenke der Messalina, von denen c. 12 und 30.

6. *praemonente* ‘nach einer Ansprache’ an die Soldaten, nicht an den Kaiser, der längst wußte, was er im Lager sollte (c. 31), und dem es an Rednergabe nicht fehlte. Narcissus in seiner Eigenschaft als außerordentlicher Präfekt der Prätorianer bereitete sie durch wenige Worte auf die Rede des Kaisers vor, damit diese um so geneigteres Gehör finde. Vgl. XII 69 *monente praefecto*.

11. *Cupido—fuit* ist Glossem zu den vorhergehenden Worten.

Et könnte hier ebenso gefaßt werden wie II 50 *Adolescebat interea lex maiestatis. Et Appuleiam Varillam* usw. III 38 *Non enim Tiberius, non accusatores fatiscebant. Et Ancharius Priscus* usw., sodaß die vier zunächst Genannten eben jene *illustres equites Romani* (s. zu c. 4) wären. Dieser Auffassung steht jedoch der Umstand im Wege, daß Titius Proculus sich als *index* anbot, also nicht dieselbe *constantia* wie Silius bewies.

custodem a Silio Messalinae — datum. Dies war mit Einwilligung der Messalina geschehen, damit Silius ihrer Treue versichert sei, eine in der Kaiserzeit sehr verbreitete Sitte.

12. *indicium offerentem*. Er wollte Mitteilungen über die andern Mitschuldigen machen (s. zu V 8).

13. *Saufeium Trogum*, bei Sen. lud. 13, 4 *Trogus*.

14. *tradi ad supplicium* den in diesem Falle die Hinrichtung vollziehenden Zenturionen oder Tribunen. Nepos Phoc. 4, 2 *undecimviris, quibus ad supplicium more Atheniensium publice damnati tradi solent*. Liv. XXIX 3, 4 und oft bei Historikern.

15. *vigilum praefectus*. S. zu IV 5. *ludi*, der kaiserlichen Gladiatoren-

36 Iuncus Vergilianus senator eadem poena affecti. Solus Mnester cunctationem attulit, dilaniata veste clamitans, aspiceret verberum notas, reminisceretur vocis, qua se obnoxium iussis Messalinae dedisset: aliis largitione aut spei magnitudine, sibi ex necessitate culpam; nec cuiquam ante pereundum fuisse, si Silius rerum poteretur. Commotum his et pronum ad misericordiam Caesarem perpulere liberti, ne tot illustribus viris interfectis histrioni consuleretur: sponte an coactus tam magna peccavisset, nihil referre. Ne Trauli quidem Montani, equitis Romani, defensio recepta est. Is modesta iuventa, sed corpore insigni, accitus ultro noctemque intra unam a Messalina proturbatus erat, paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia. Suillio Caesonino et Plautio Laterano mors remittitur; huic ob patrui egregium meritum; Caesonius vitiis protectus est, tamquam in illo foedissimo coetu passus muliebria.

37 Interim Messalina Lucullanis in hortis prolatare vitam, componere preces, nonnulla spe et aliquando ira: tantum inter extrema superbiae gerebat. Ac ni caedem eius Narcissus properavisset, verterat pernicies in accusatorem. Nam Claudius domum regressus et tempestivis epulis delenitus, ubi vino incaluit, iri

schule, d. h. der Anstalt, in welcher die Gladiatoren geübt und erhalten wurden, welche die Kaiser bei ihren Spielen auftreten ließen. Dies Amt findet sich mehrmals in Inschriften als *procurator ludi magni*, auch ein *subprocurator ludi magni* (CIL. II 1085). Hirschfeld, röm. Verwaltungsgeschichte S. 179. Hier ist wahrscheinlich der *ludus matutinus* in der zweiten Region gemeint, da der *ludus magnus* in der dritten Region erst mit dem flavischen Amphitheater entstanden ist. Mommsen, Staatsrecht II S. 1023.

1. *Iuncus Vergilianus*, bei Sen. lud. 13, 3 *Iuncus praetorius*, wo die Hdss. unrichtig *Iunius* haben.

36. *Mnester*. S. zu c. 4.

2. *verberum notas*, die er auf Befehl der Messalina erhalten. Dio LX 22 *ἐπεὶ μηδένα τρόπον μήθ' ὑπισχνουμένη τι μήτ' ἐκφοβοῦσα αὐτὸν συγγενέσθαι αὐτῇ ἀναπεῖσαι ἐδύνατο, διελέχθη τῷ ἀνδρί, ἀξιοῦσα αὐτὸν πειθαρχεῖν οἱ ἀναγκασθῆναι, ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι αὐτοῦ δεομένη. καὶ οὕτως εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Κλαυδίου πάνθ', ὅσα ἂν προστάττηται ὑπὸ τῆς Μεσσαλίνης, ποιεῖν, συνῆν αὐτῇ ὡς καὶ τοῦθ' ὑπ' ἐκείνου κεκελευσμένος.*

7. *perpulere* 'drangen in ihn', nicht 'vermochten ihn'; denn die Erwägungen, die zu dem Beschlusse führten, folgen erst.

consuleretur 'verschont würde'; s. zu III 46.

9. *Trauli Montani*, bei Sen. lud. 13, 3 *Sex. Traulus*.

12. *Suillio Caesonino*. S. zu c. 2. Er hat seinen Beinamen von der Halbschwester seines Vaters *Caesonia*, der Gemahlin des Caligula. Plin. h. n. VII 5, 39. Über *Plautius Lateranus* vgl. c. 30. XIII 11. XV 49. 60. Sein Oheim war *A. Plautius*, der Besieger Britanniens, von dem zu XIII 32.

14. *passus muliebria*. Sall. Cat. 13, 3 *viri muliebria pati*.

37. 17. *properavisset* transitiv. S. zu XIII 17.

iubet nuntiarique miserae (hoc enim verbo usum ferunt) dicendam ad causam postera die adesset. Quod ubi auditum et languescere ira, redire amor, ac si cunctarentur, propinqua nox et uxorii cubiculi memoria timebantur, prorumpit Narcissus denuntiatque centurionibus et tribuno, qui aderat, exequi caedem: ita imperatorem iubere. Custos et exactor e libertis Euodus datur; isque raptim in hortos praegressus repperit fusam humi, assidente matre Lepida, quae florenti filiae haud concors, supremis eius necessitatibus ad miserationem evicta erat suadebatque, ne percussorem opperiretur: transisse vitam, neque aliud quam morti decus quaerendum. Sed animo per libidines corrupto nihil honestum inerat; lacrimaeque et questus irriti ducebantur, cum impetu venientium pulsae fores, astititque tribunus per silentium, at libertus increpans multis et servilibus probris. Tunc primum fortu- 38
nam suam introspexit ferrumque accepit, quod frustra iugulo aut pectori per trepidationem admovens ictu tribuni transigitur. Corpus matri concessum. Nuntiatumque Claudio epulanti perisse Messalinam, non distincto, sua an aliena manu; nec ille quaesivit, poposcitque poculum et solita convivio celebravit: ne secutis quidem diebus odii gaudii, irae tristitiae, ullius denique humani affectus signa dedit, non cum laetantes accusatores aspiceret, non cum filios maerentes. Iuvitque oblivionem eius senatus censendo

1. *nuntiari* für *denuntiari*. S. zu II 79.

2. *languescere* und *redire* sind historische Infinitive, von *ubi* abhängig, wie *auditum* und *timebantur*, über welche Verbindung zu II 4.

5. *centurionibus* — *qui aderat.* Es lag immer eine prätorische Kohorte im Palatium. S. zu XIII 2.

6. *Custos et exactor.* III 14 *custos saluti an mortis exactor sequeretur.*

Euodos, *Εὔοδος*. Ähnliche Verwendung von kaiserlichen Freigelassenen XIII 21. XIV 39. 59.

7. *repperit fusam humi* (Verg. Aen. VI 423 *fusus humi*). Obwohl der Freigelassene vorausging, drang er doch erst mit dem Tribunen ins Zimmer der Messalina (s. zu Ende d. Kap.: das dort Erzählte wird also durch *repperit* vorweggenommen). Das Folgende geht auf die frühere Zeit zurück, und die Imperfekta zeigen nur, daß die betreffenden Dinge beim Eintritt der Mörder noch fortdauerten.

8. *matre Lepida,* dieselbe, welche XII 64, wo m. s., mit vollem Namen *Domitia Lepida* genannt wird; eine Tochter des *L. Domitius* und der *Antonia maior*. Die Messalina gebar sie von *Valerius Messala Barbatus* (Suet. Claud. 26), Sohn des gleichnamigen Konsuls 12 v. Chr. Dann war sie verheiratet mit *Appius Silanus*, den Messalina mit Hilfe des Narcissus töten ließ, weil er ihrer Wollust nicht dienen wollte (s. zu c. 29), woraus sich das Zerwürfnis mit ihrer Tochter erklärt.

38. 15. *iugulo aut pectori,* bald der Kehle, bald der Brust. Ähnlich ist der Gebrauch von *aut,* wenn es 'teils' — 'teils' bezeichnet, über den zu II 30.

22. *filios,* Britannicus und Octavia: das Maskulinum von zwei Per-

nomen et effigies privatis ac publicis locis demovendas. Decreta Narcisso quaestoria insignia, levissimum fastidio eius, cum super Pallantem et Callistum ageret.

Honesta quidem, sed ex quis deterrima orerentur *et* tristia multis!

sonen verschiedenen Geschlechts. Ebenso IV 71. XII 2 *privigni*, V 1 *pronepotes*, XII 4 *fratres*. Hor. Od. II 2, 6 *notus in fratres animi paterni*. Verg. Aen. II 455 *qua se — Saepius Andromache ferre incomitata solebat Ad soceros.*

1. *nomen et effigies* usw. Über diesen sehr häufigen Beschluß zu VI 2. Messalinas Name ist getilgt CIL. VI 918.

2. *fastidium* ‘Hochmut’, dem nichts gut genug ist.

3. *ageret:* ‘da er über Pallas und Callistus stand’. Dies ist jedoch subjektiv zu verstehen (‘sich stellte’), da die folgenden Ereignisse bewiesen, daß er in Wahrheit keineswegs der einflußreichste war.

4. *Honesta* usw. ‘Gute Handlungen’ (die Bestrafung der Messalina und ihrer Mitschuldigen), ‘aus denen aber das Schlechteste entstehn sollte und Unglück für viele’ (die Heirat des Claudius mit der Agrippina, sein und seiner Kinder Verderben und die Erhebung des Nero auf den Thron). Auch das erste Buch schließt mit einem solchen Ausruf.

LIBER DUODECIMUS.

Caede Messalinae convulsa principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio, caelibis vitae intoleranti et coniugum imperiis obnoxio. Nec minore ambitu feminae exarserant: suam quaeque nobilitatem formam opes contendere ac digna tanto matrimonio ostentare. Sed maxime ambigebatur inter Lolliam Paulinam M. Lollii consularis et Iuliam Agrippinam Germanico genitam: huic Pallas, illi Callistus fautores aderant; at Aelia Paetina e familia Tuberonum Narcisso fovebatur. Ipse huc modo, modo illuc, ut quemque suadentium audierat, promptus, discordantes in consilium vocat ac promere sententiam et adicere rationes iubet. Narcissus vetus matrimonium, filiam commu- 2

1. 1. *apud* ungewöhnlich statt *inter*. Ebenso H. V 5 *apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sed adversus omnes alios hostile odium.*

4. *contendere,* ʻmaßʼ, stellte mit denen der übrigen zum Vergleich zusammen.

6. *Lolliam Paulinam.* Vgl. c. 22. XIV 12.

M. Lollii consularis, näml. *filiam* (wenn nicht mit Madvig zu schreiben ist *Lolliam Paulinam, M. Lollio, filio M. Lollii consularis*). Daß der Vater durch den bloßen Genitiv bezeichnet wird, geschieht im Lat. nach dem Vorgang der Griechen häufiger bei Ausländern (wie von Cic. Verr. IV 138 *Diodorus Timarchidi.* Liv. XXVIII 12, 13 *Hasdrubal Gisgonis* und oft von dems., Verg. ecl. 6, 74 *Scyllam Nisi,* Aen. VI 36 *Deiphobe Glauci,* Flor. II 6, 19 *Maharbalem Bomilcaris*), selten bei Römern, wie hier, von Cic. de div. I 104 *Caeciliam Metelli,* Vell. II 5 *Fabius Aemilianus Pauli* und in Inschriften CIL. VI 5198 *Iuliae Drusi Caesaris,* Bull. arch. 1833, 118 *Iulia Augusta divi Titi.* Weit häufiger ist dieselbe Bezeichnung des Ehemanns; s. zu IV 11. Der Vater der *Lollia Paulina* war consul suffectus in einem unbekannten Jahr, vielleicht der *Lollius,* an den Horaz ep. I 2 und 18 gerichtet hat (18, 63 erwähnt er auch seinen Bruder); ihr Großvater der *M. Lollius,* von dem zu III 38.

9. *modo modo* bei Tac. nur hier chiastisch (wie Sall. Iug. 45, 2), sonst anaphorisch.

2. 11. *vetus matrimonium.* Suet. Claud. 26 *Uxores duxit* (Claudius) *Plautiam Urgulanillam triumphali et mox Aeliam Paetinam consu-*

nem (nam Antonia ex Paetina erat), nihil in penatibus eius novum disserebat, si sueta coniux rediret, haudquaquam novercalibus odiis visura Britannicum, Octaviam, proxima suis pignora: Callistus inprobatam longo discidio, ac si rursum assumeretur, eo ipso superbam; longeque rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam aemulatione et privignis parentis loco futuram. At Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret: dignum prorsus imperatoria fortuna stirpem nobilem et familiae *Iuliae* Claudiaeque posteros coniungere; et ne femina expertae fecunditatis, integra iuventa,
3 claritudinem Caesarum aliam in domum ferret. Praevaluere haec adiuta Agrippinae inlecebris: ad eum per speciem necessitudinis crebro ventitando pellicit patruum, ut praelata ceteris, etsi nondum uxor, potentia uxoria iam uteretur. Nam ubi sui matrimonii certa fuit, struere maiora nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Ahenobarbo genuerat, et Octaviae, Caesaris filiae, moliri; quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octa-

lari patre. Cum utraque divortium fecit; sed cum Paetina ex levibus offensis.

1. *Antonia* (CIL. VI 15517) war zuerst mit *Cn. Pompeius Magnus*, den ihr Vater zwischen 43 und 47 n. Chr. tötete (Suet. Claud. 29. Sen. lud. 11. H. I 48), jetzt mit *Faustus Cornelius Sulla Felix* verheiratet, über den zu XII 52. Nero tötete sie in einem seiner drei letzten Regierungsjahre. Suet. Ner. 35. Bei Tac. ist der Bericht ihres Todes mit dem Ende des sechzehnten Buches verloren gegangen.

nihil — novum kann als Acc. c. Inf. mit ergänztem *esse* oder *futurum* gefaßt werden; indes ist es vorzuziehn wie die vorhergehenden Worte *vetus matrimonium*, *filiam communem* auch sie als einfachen Akk. abhängig von *disserebat* zu fassen, über welche Konstruktion zu I 4. *nihil — novum* nach dem zu III 9 Bemerkten 'machte (den Umstand) geltend, daß nichts in seinem Hause neu sei'.

2. *novercalibus odiis visura.* Bei Sen. Contr. 4, 6 heißt es *quid alterum novercalibus oculis intueris?* Vielleicht hat auch Tac. *novercalibus oculis* geschrieben.

3. *Britannicum*, *Octaviam* wie XI 6 *Asinii Messalae.*

proxima suis pignora 'die ihren eigenen nächsten Unterpfänder', d. h. die so gut wie ihre eigenen Kinder seien.

5. *quando — genuisset* gehört zum folgenden. Über *privignis* zu XI 38.

7. *Germanici nepotem*, L. Domitius (s. XI 11), der darauf *stirps nobilis* als Domitier heißt. Agrippina war die letzte, die von väterlicher Seite dem Julischen Geschlecht angehörte, da der von Augustus adoptierte Tiberius ihren Vater Germanicus wieder adoptiert hatte (I 3); ebenso Claudius und seine Kinder die letzten Claudier. *Dignum* (*esse*) ist das Neutrum.

10. *et ne:* 'zweitens müßte man dafür sorgen, daß nicht' —.

femina expertae fecunditatis wie III 74 *centuriones virtutis expertae.*

11. *claritudinem* 'den Adel'; s. zu XI 25.

3. 17. *L. Iunius Silanus*, Sohn des *M. Silanus*, Konsul 19 n. Chr.,

viam Caesar iuvenemque et alia clarum insigni triumphalium et gladiatorii muneris magnificentia protulerat ad studia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non iudicium, non odium erat nisi indita et iussa. Igitur Vitellius, nomine censoris 4
serviles fallacias obtegens ingruentiumque dominationum provisor, quo gratiam Agrippinae pararet, consiliis eius implicari, ferre crimina in Silanum, cuius sane decora et procax soror, Iunia Calvina, haud multum ante Vitellii nurus fuerat. Hinc initium accu-

von dem zu II 59, und der *Aemilia Lepida*, Tochter des *L. Paulus*, Konsul 1 n. Chr., und der *Iulia*, Enkelin des Augustus. Wegen dieser Abstammung nennt ihn Tac. *et alia* (über *alia* zu III 26) *clarum*. Vgl. XIII 1. Er war unter Claudius Arvale (CIL. VI 2032). Die *triumphalia* erhielt er nach CIL. XIV 2500 im 18. Lebensjahr (ungenau Sueton Claud. 24 *nondum pubes*, Dio LX 31 *ἐν παισί*), schwerlich jedoch zu einer andern Zeit als 44 n. Chr., beim britannischen Triumph (vgl. Dio LX 21). Hiernach müßte er jetzt im 22. Lebensjahre gestanden haben. Dem widerspricht aber Dios Angabe (LX 5), daß ihm gestattet sei, 5 Jahre vor der gesetzlichen Zeit die Ämter zu bekleiden, und der Umstand, daß er jetzt Prätor war, wenn er dies nämlich nach jener Erlaubnis nur 5 Jahre vor der gesetzlichen Zeit (dem 30. Lebensjahr) war. Es scheint ihm also später noch ein weiterer Erlaß bewilligt zu sein (Dio LX 31 sagt *οὕτως ἐτιμᾶτο, ὥστε πολὺ πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου στρατηγῆσαι*): denn daß er die *triumphalia* 41 n.Chr. bei seiner Verlobung erhalten habe, ist mit Dios (LX 5) und Suetons (Claud. 12) Bericht darüber nicht zu vereinen. Das Gladiatorenspiel gab er auf Kosten des Claudius (Dio LX 31) jedenfalls als Prätor. Denn die Prätoren gaben seit Augustus die Spiele, welche früher die Ädilen hatten. Daß die designierten Quästoren Gladiatorenspiele geben sollten, wurde erst im vorigen Jahre beschlossen (XI 22) und konnte also den Silanus nicht treffen. Auf ihn bezieht sich CIAtt. III 1. 612 [*Ὁ δῆμος Λεύκιον Ἰού-ν*]*ιον, Μάρκο*[*υ*] *Σειλ*[*ανοῦ*] [*υἱόν*], *Τορκουᾶτον, ἱερέα θ*[*εοῦ*] [*Ἰ*]*ουλίου καὶ ἱερέα θεοῦ Κ*[*αίσαρος Σεβα*]-*στοῦ* (d. i. *flamen Iulianus, sodalis Augustalis*), *ἔπαρχον Ῥώμης* (näml. *feriarum Latinarum causa*), *τριῶν* [*ἀνδρῶν κ*]*ατασκε*[*υῆ*]*ς χρυσοῦ καὶ ἀργύρο*[*υ καὶ χαλκ*]*οῦ* (d. i. *IIIvirum a. a. a. flando feriundo*) *τα-μ*[*ίαν Τιβερί*]*ου Κλ*[*αυδί*]*ο*[*υ Καί-σαρος*] *Σεβα*[*στοῦ Γερμα*]*νικο*[*ῦ* . . . Vgl. CIL. VI 1438.

2. *protulerat ad studia vulgi.* XVI 18 *ita hunc ignavia ad famam protulerat.*

3. *in animo* ähnlich wie XV 50 *quem Tigellinus in animo principis anteibat,* wo m. s.

4. *erat* auf jedes Subjekt besonders, *indita et iussa* auf beide zusammen bezogen.

4. 4. *censoris.* S. zu XI 13.

7. *cuius.* Die Hds. *cui.* Aber der Dativ kann mit Substantiven, die Personen bezeichnen, nur verbunden werden, wenn sie appositionell stehn, wie XI 8 *rex Hiberis.*

8. *multum* ungewöhnlich statt *multo;* s. zu V 3.

Vitellii nurus, Frau seines zweiten Sohnes *Lucius,* da die Frauen des ältern, des spätern Kaisers, *Aulus* aus Suet. Vit. 6 bekannt sind. Auf *Iunia Calvina* geht die Inschrift CIL. XIV 3661; vgl. Eph. epigr. I p. 64.

Hinc, von der früheren Verschwä-

sationis; fratrumque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. Et praebebat Caesar aures, accipiendis adversus generum suspicionibus caritate filiae promptior. At Silanus insidiarum nescius ac forte eo anno praetor, repente per edictum Vitellii ordine senatorio movetur, quamquam lecto pridem senatu lustroque condito. Simul affinitatem Claudius diremit, adactusque Silanus eiurare magistratum, et reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum collatus est.

5 C. Pompeio Q. Veranio consulibus pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium iam fama, iam amore illicito firmabatur; necdum celebrare sollemnia nuptiarum audebant, nullo

gerung. Vitellius behauptete, daß sie wegen der verbrecherischen Liebe der Geschwister aufgehoben sei. Man könnte *hinc* auch auf *decora et procax soror* allein beziehn (von dem Umstande, daß er eine solche Schwester hatte); aber jene Erklärung ist vorzuziehn wegen der Nähe der Worte *haud multum ante Vitellii nurus fuerat,* die auch sonst bedeutungslos ständen.

1. *fratrumque* wie XI 38 *filios.*
3. *caritate filiae* wie XVI 14, wo m. s.
4. *per edictum,* censorium.
5. *lecto — condito.* S. XI 23—25.
7. *reliquus praeturae dies,* III kalendas Ianuarias. Denn Suet. Claud. 29 berichtet *Silanus abdicare se praetura ante quartum kalendas Ianuarias coactus est.* Marcellus, an demselben Tage gewählt, trat am folgenden an und legte nach Gebrauch *pridie kalendas* nieder.

Eprium Marcellum, später als Angeber berüchtigt. Seinen vollen Namen und seine hauptsächlichsten Ehren, darunter auch diese Prätur, gibt eine Inschr. aus Capua CIL. X 3853 *T. Clodio M. f., Pal*(atina, näml. tribu), *Eprio Marcello, cos.* $\overline{\text{II}}$, *auguri, curioni maximo, sodali Augustali, pr*(aetori) *per*(egrino), *procos. Asiae* $\overline{\text{III}}$ (tertium, d. h. 3 Jahre), *provincia Cypros.* Er war beide Male Cons. suffectus, zuerst wahrscheinlich 61, dann 74 n. Chr. nach einem Militärdiplom CIL. III 2. p. 852 *a. d.* $\overline{\text{XII}}$ *k. Iunias Q. Petillio Ceriale Caesio Rufo* $\overline{\text{II}}$, *T. Clodio Eprio Marcello* $\overline{\text{II}}$ *cos.* Asien verwaltete er Herbst 70—73 n. Chr. Mionnet III 10. S. VI 17. VII 581. CIL. XIV 2612. Inschrift aus Dorylaeum in Phrygien, Mitt. d. arch. Inst. in Athen XIX 306: *ἀνθύπατος τὸ β′*, d. h. 71/72. Von großem Einfluß auch unter Vespasian, verschwor er sich gegen diesen und ward genötigt, sich selbst zu töten, 79 n. Chr. Dio LXVI 16. Vgl. Tac. XIII 33. XVI 22 ff. H. II 53. 95. IV 6. 43. D. 5. 8. 13.

5. 9. *C. Pompeio.* Denselben Vornamen gibt CIL. II 1438 *Q. Veranio C. Pompeio cos.,* Solin. 1, 29 *C. Pompeius Gallus et Q. Veranius,* und Phlegon Mir. 22 weicht davon nur durch einen leichten Fehler ab: *Κοΐντου Οὐηρανίου καὶ Γναίου* (statt *Γαΐου*) *Πομπηίου Γάλλου.* Irrtümlich muß also die Angabe des Kalenders von Antium sein CIL. X 6638 *Q. Veranio A. Pompeio Gallo cos.* Einen zweiten Beinamen gibt Frontin aq. 102 *Q. Veranio et Pompeio Longo cos.* Über *Veranius* zu II 56. [Nach Prosopogr. Imp. R. III S. 399 ist der im 2. und 3. Buche genannte Veranius mit dem hier und XIV 29 genannten wegen des Altersunterschiedes nicht identisch].

10. *fama,* da Claudius, wenn es allgemein bekannt geworden, nicht gut zurücktreten konnte.

exemplo deductae in domum patrui fratris filiae: quin et incestum; ac si sperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur. Nec ante omissa cunctatio, quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit. Percunctatusque Caesarem, an iussis populi, an auctoritati senatus cederet, ubi ille unum se civium et consensui imparem respondit, opperiri intra Palatium iubet. Ipse curiam ingreditur, summamque rem publicam agi obtestans veniam dicendi ante alios exposcit, orditurque gravissimos principis labores, quis orbem terrae capessat, egere adminiculis, ut domestica cura vacuus in commune consulat. Quod porro honestius censoriae mentis levamentum quam assumere coniugem, prosperis dubiisque sociam, cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tradat, non luxui aut voluptatibus adsuefactus, sed qui prima ab iuventa legibus obtemperavisset. Postquam haec favorabili oratione prae- 6
misit multaque patrum assentatio sequebatur, capto rursus initio, quando maritandum principem cuncti suaderent, deligi oportere feminam nobilitate puerperiis sanctimonia insignem. Nec diu anquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret; datum ab ea fecunditatis experimentum, et congruere artes honestas. Id vero egregium, quod provisu deum vidua iungeretur principi

1. *quin et incestum* ist indirekte Rede: 'ja es sei Blutschande'. Über die Auslassung des die indirekte Rede regierenden Verbums zu I 9.

2. *si sperneretur* 'wenn man sich darüber hinwegsetze', 'nichts darauf gebe', 'dem Trotz biete'. XV 8 *spretis ominibus*, auch unten c. 36. XV 57. Dies, glaubte man, würden die Götter durch allgemeines Unglück strafen.

3. *id.* näml. *ut sollemnia nuptiarum celebrarentur.*

4. *iussa populi* und *auctoritas senatus* sind bezeichnende und staatsrechtlich gebräuchliche Ausdrücke für die Beschlüsse beider, insofern in der Republik eigentlich nur das Volk unbedingt bindende Beschlüsse faßte (*populus iubet*), der Senat nur einen Rat oder Gutachten gab (*consultum, auctoritas*).

7. *summamque rem publicam agi* wie XVI 28.

obtestari 'versichern', wie XIV 7. H. III 10. IV 57, wie es scheint, nicht vor Tacitus.

10. *censoriae mentis.* Er bezeichnet zugleich den ganzen Charakter des Claudius als übereinstimmend mit seinem Amt (zu XI 13). *levamentum* mit derselben Beziehung auf die Gattin III 34.

12. *parvos liberos.* Britannicus war damals 8 Jahre; Octavia scheint ein Jahr älter gewesen zu sein (zu XII 25. XIV 64).

6. 14. *favorabili* 'Beifall erregender', wie II 36 *favorabili in speciem oratione*, wo m. s.

16. *suadere* mit dem Gerundivum bei Tac. nur hier.

deligi oportere. Dieselbe Ellipse des Verbum dicendi wie c. 5 *quin et incestum;* s. zu I 19.

17. *Nec diu anquirendum, quin* usw. ist kurz gesagt für *quin Agrippinam anteire intellegerent.*

20. *vidua.* Sie war erst an *Cn. Domitius*, dann an den berühmten

sua tantum matrimonia experto. Audivisse a parentibus, vidisse ipsos abripi coniuges ad libita Caesarum: procul id a praesenti modestia. Statueretur immo documentum, quo uxorem imperator acciperet. At enim nova nobis in fratrum filias coniugia. Sed aliis gentibus sollemnia neque lege ulla prohibita; et sobrinarum diu ignorata tempore addito percrebuisse. Morem accommodari, prout conducat, et fore hoc quoque in iis, quae mox usurpentur.
7 Haud defuere, qui certatim, si cunctaretur Caesar, vi acturos testificantes erumperent curia. Conglobatur promisca multitudo populumque Romanum eadem orare clamitat. Nec Claudius ultra expectato obvius apud forum praebet se gratantibus, senatumque ingressus decretum postulat, quo iustae inter patruos fratrumque filias nuptiae etiam in posterum statuerentur. Nec tamen reper-

Redner *Crispus Passienus* verheiratet gewesen (zu VI 20).

1. *sua tantum — experto*, der nie die Frauen anderer begehrt habe. *Audivisse* bezieht sich auf Augustus (s. zu I 10); *vidisse* auf Caligula, von dem Suet. Cal. 24 *Drusillam* (seine Schwester) *L. Cassio Longino consulari collocatam abduxit et in modum iustae uxoris propalam habuit.* 25 *Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium et ipse venisset, ad se deduci imperavit intraque paucos dies repudiatam biennio post relegavit. Lolliam Paulinam, P. Memmio consulari exercitus regenti nuptam, subito ex provincia evocavit ac perductam a marito coniunxit sibi brevique missam fecit.* S. zu V 11.

3. *quo — acciperet*, 'nach welchem der Kaiser (allgemein für 'alle Kaiser') seine Frau sich geben lassen solle'. Ob in der Lücke, welche die Hdschr. vor *acciperet* hat, und die man mit *a patribus* oder *a re p.* ausgefüllt hat, etwas ausgefallen ist, ist ungewiß.

4. *in fratrum filias coniugia*, wie c. 25 *adoptio in Domitium*, ist neue Verbindung. Die Präposition bezeichnet ganz allgemein die Richtung der Handlung.

5. *sobrinae* sind die Enkelinnen von Großonkeln und Großtanten. Vitellius muß aber den nächsten Verwandtschaftsgrad bezeichnen, in welchem bisher Ehen erlaubt waren. Dies waren die *consobrinae*, welches *sobrinae* weder bezeichnen, noch einschließen kann, zumal da es hier auf eine genaue Bezeichnung ankommt. Tac. wird also entweder *consobrinarum* oder *sobrinarum ac consobrinarum* (oder *consobrinarumque*) (vielleicht wurde das Verbot für beide zugleich aufgehoben) geschrieben haben. Nach einem angeblichen Bruchstück des Livius waren in ältester Zeit nur Ehen im siebenten Grad gestattet (Hermes IV 372). Bei Liv. XLII 34 sagt ein röm. Bürger 171 v. Chr. *pater mihi uxorem fratris sui filiam dedit.* Plut. quaest. Rom. 6 berichtet die Gestattung dieser Heiraten aus unbestimmter Zeit *ὁ δῆμος ψηφισάμενος πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰ δὲ ἀνωτέρω κεκωλῦσθαι.* Über die Form *percrebuisse* zu II 82.

7. 9. *erumpere* mit dem Abl. ohne *ex* wie H. I 86 *erupisse cella*, Sall. Iug. 99, 1 *portis erumpere.*

10. *Nec Claudius* für *Et Claudius non;* s. zu II 40; *apud* 'auf'; s. zu I 5.

tus est nisi unus talis matrimonii cupitor, Alledius Severus, eques
Romanus, quem plerique Agrippinae gratia impulsum ferebant.
Versa ex eo civitas, et cuncta feminae oboediebant, non
per lasciviam, ut Messalina, rebus Romanis illudenti: adductum
et quasi virile servitium. Palam severitas ac saepius superbia;
nihil domi inpudicum, nisi dominationi expediret. Cupido auri
immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur.
Die nuptiarum Silanus mortem sibi conscivit, sive eo usque spem 8
vitae produxerat, seu delecto die augendam ad invidiam: Calvina,
soror eius, Italia pulsa est. Addidit Claudius sacra ex legibus
Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda,
irridentibus cunctis, quod poenae procurationesque incesti id
temporis exquirerentur. At Agrippina, ne malis tantum facinoribus
notesceret, veniam exilii pro Annaeo Seneca, simul praeturam
impetrat, laetum in publicum rata ob claritudinem studiorum
eius, utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret et
consiliis eiusdem ad spem dominationis uterentur, quia Seneca
fidus in Agrippinam memoria beneficii, et infensus Claudio dolore

1. *nisi unus — cupitor.* Suet. Claud. 26 von derselben Sache *non repertis, qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam et altero primipilari, cuius officium nuptiarum et ipse cum Agrippina celebravit.* Der *primipilaris* ist der von Tac. genannte römische Ritter (zu II 11).

3. *cuncta feminae oboediebant.* XI 35 *omnia liberto oboediebant.*

4. *adductum* von den Zügeln übertragen, 'straff'. H. III 7 *adductius quam civili bello imperitabat.* G. 44 *Gotones regnantur, paulo iam adductius quam ceterae Germanorum gentes.* XIV 4 'gehalten': *adductus, quasi seria consociaret.*

5. *ac saepius.* Im ersten Gliede ist das, was in den übrigen Fällen geschah, allgemein angegeben, wie c. 46 *propalam incerta et saepius molliora respondens.* A 9 *gravis intentus severus et saepius misericors.*

6. *nihil domi inpudicum, nisi dom. exp.* S. c. 25. 65.

Cupido auri. Vgl. XIII 18. XIV 1. 6.

8. 10. *Italia pulsa est.* Sie kehrte 59 n. Chr. zurück (XIV 12) und lebte noch unter Vespasian. Suet. Vesp. 23 *cum inter cetera prodigia Mausoleum* (zu I 8) *derepente patuisset, ad Iuniam Calvinam e gente Augusti pertinere dicebat.*

11. *Tulli,* des Tullus Hostilius. *lucum Dianae,* wahrscheinlich dem berühmten bei Aricia.

12. *id temporis,* wo Claudius selbst einen Inzest begangen.

14. *Annaeo Seneca.* Dio LX 8 im J. 41 n. Chr. *Μεσσαλίνη τὴν Ἰουλίαν, τὴν ἀδελφιδῆν αὐτοῦ* (des Claudius, die Tochter des Germanicus, s. VI 15), *ὀργισθεῖσά τε ἅμα, ὅτι μήτε ἐτιμᾶτο ὑπ' αὐτῆς μήτε ἐκολακεύετο, καὶ ζηλοτυπήσασα, ὅτι περικαλλής τε ἦν καὶ μόνη τῷ Κλαυδίῳ πολλάκις συνεγίγνετο, ἐξώρισεν, ἐγκλήματα αὐτῇ ἄλλα τε καὶ μοιχείας παρασκευάσασα, ἐφ' ᾗ καὶ ὁ Σενέκας ἔφυγεν, καὶ ὕστερόν γε οὐ πολλῷ παὶ ἀπέκτεινεν αὐτήν.* Vgl. XIII 42.

17. *uterentur,* Agrippina und ihr Anhang, wie c. 9 *inducunt.*

9 iniuriae credebatur. Placitum dehinc non ultra cunctari, sed designatum consulem Mammium Pollionem ingentibus promissis inducunt sententiam expromere, qua oraretur Claudius despondere Octaviam Domitio; quod aetati utriusque non absurdum et maiora patefacturum erat. Pollio haud disparibus verbis ac nuper Vitellius censet; despondeturque Octavia ac super priorem necessitudinem sponsus iam et gener Domitius aequari Britannico studiis matris, arte eorum, quis ob accusatam Messalinam ultio ex filio timebatur.

10 Per idem tempus legati Parthorum ad expetendum, ut rettuli, Meherdaten missi senatum ingrediuntur mandataque in hunc modum incipiunt. Non se foederis ignaros nec defectione a familia Arsacidarum venire; set filium Vononis, nepotem Phraatis accersere adversus dominationem Gotarzis nobilitati plebique iuxta intolerandam. Iam fratres, iam propinquos, iam longius sitos caedibus exhaustos; adici coniuges gravidas, liberos parvos, dum socors domi, bellis infaustus ignaviam saevitia tegat. Veterem sibi ac publice coeptam nobiscum amicitiam, et subveniendum sociis virium aemulis cedentibusque per reverentiam. Ideo regum obsides liberos dari, ut, si domestici imperii taedeat, sit regressus ad principem patresque, quorum moribus assuefactus
11 rex melior adscisceretur. Ubi haec atque talia dissertavere, in-

9. 1. *designatum consulem* als suffectus und zwar für dieses Jahr, was sich daraus schließen läßt, daß er den Antrag stellte (zu III 22). CIL. XI 6236 *X kal. Iun. L. Mammio Pollione Q. Allio Maximo cos.* Nach dieser Inschrift ist oben im Texte *Mammium* geschrieben; die Hdschr. hat *Memmium.*

4. *aetati utriusque.* Hierüber zu c. 5 u. 25.

6. *priorem necessitudinem*, als Stiefsohn des Claudius, der zugleich Oheim seiner Mutter war.

10. 10. *ut retuli.* XI 10.

11. *senatum.* Die Gesandtschaft war eigentlich nur an den Kaiser geschickt (XI 10).

12. *foederis.* Dies war zuerst 20 v. Chr. unter Augustus geschlossen (zu II 1), dann 18 n. Chr. unter Tiberius (II 58), und zuletzt unter Caligula erneuert. Dio LIX 27. Suet. Cal. 14.

defectione 'infolge Abfalls'. Über solche Ablative zu III 24.

13. *Vononis,* von dem II 1—4.68.

15. *longius sitos,* 'die ferner Stehenden', ist neuer Ausdruck. In eigentlicher Bedeutung sagt Sallust H. 19 Kr., 61 D., 15 *procul iuxta sitos,* Tac. H. II 74 *procul vel iuxta sitas vires.* Über *situs* statt *positus* zu I 39.

17. *tegat* 'verdecke': der Schrecken, den seine Grausamkeit verbreitete, sollte sie nicht zur Besinnung und zur Einsicht seiner Schlaffheit kommen lassen.

20. *regum obsides liberos:* 'als Geiseln für Könige ihre Kinder'.

11. 22. *incipit* wie c. 10 *incipiunt.* Über solche Wiederholungen bei Tac. zu I 81. I 58 *neque odio*

cipit orationem Caesar de fastigio Romano Parthorumque obsequiis; seque divo Augusto adaequabat, petitum ab eo regem referens, omissa Tiberii memoria, quamquam is quoque miserat. Addidit praecepta (etenim aderat Meherdates), ut non dominationem et servos, sed rectorem et cives cogitaret, clementiamque ac iustitiam, quanto ignota barbaris, tanto laetiora capesseret. Hinc versus ad legatos extollit laudibus alumnum urbis, spectatae ad id modestiae: ac tamen ferenda regum ingenia neque usui crebras mutationes. Rem Romanam huc satietate gloriae provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit. Datum posthac C. Cassio, qui Suriae praeerat, deducere iuvenem ripam ad Euphratis.

Ea tempestate Cassius ceteros praeminebat peritia legum: 12 nam militares artes per otium ignotae, industriosque aut ignavos pax in aequo tenet. Ac tamen quantum sine bello dabatur, revocare priscum morem, exercitare legiones, cura provisu perinde agere, ac si hostis ingrueret: ita dignum maioribus suis et familia Cassia per illas quoque gentes celebrata. Igitur excitis, quo-

patriae, verum und hernach *neque ob praemium, sed.*

2. *divo Augusto.* Augustus hatte den Vonones, Tiberius den Phraates und Tiridates gesandt. II 1. VI 31. 32. Bei *miserat* ist also nicht *regem,* sondern das unbestimmte 'welche' zu denken, worüber zu XI 14.

6. *ignota.* Über den Positiv zu I 68.

8. *ad id* 'bis dahin', bis zu dieser Zeit, wie c. 38. Liv. III 22, 8 *cum ad id spectator pugnae astitisset* und öfter.

11. *C. Cassio,* Consul suffectus 30 n. Chr. (zu VI 15), Prokonsul von Asien 40/41. Von Caligula zum Tode bestimmt, wurde er durch die Ermordung des Tyrannen gerettet. Suet. Cal. 57. Dio LIX 29. Als *legatus pro praetore* von Syrien folgte er dem *Vibius Marsus* (s. zu XI 10) 45 n. Chr., wie eine Münze von Antiochia aus diesem Jahr zeigt. Eckhel d. n. III 280. Mionn. V 176. Im J. 51 n. Chr. finden wir *Ummidius Quadratus* an seiner Stelle. XII 45. Über seine ferneren Schicksale XIII 41. 48. XIV 42. XV 52. XVI 7. 9.

ripam ad Euphratis. Über die Stellung zu III 72.

12. 13. *peritia legum.* Er war seinerzeit der bedeutendste Jurist der von *Ateius Capito* begründeten Richtung. III 75. Dig. I 2, 2 § 47.

14. *per otium* 'im Frieden', wie XV 6.

aut setzt Tacitus, weil man bei dem bezeichneten Zustande nicht weiß, wer tätig und wer schlaff ist, zugleich aber sicher ist, daß die Menschen in diese beiden Klassen zerfallen. 'Tätige oder Schlaffe' steht kurz für 'Menschen, die tätig oder schlaff', d. h. 'teils tätig, teils schlaff sind'. Ähnlich steht *vel* ('gleichviel') c. 17 *cum arma munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes iuxta perrumperentur.* Über *aut* und *vel* = 'teils — teils' zu II 30.

17. *ita dignum,* als Gedanke des Cassius in indirekter Rede, wie c. 5 *quin et incestum.*

18. *per illas quoque gentes celebrata,* durch den Sieg des C. Cas-

rum de sententia petitus rex, positisque castris apud Zeugma, unde maxime pervius amnis, postquam illustres Parthi rexque Arabum Acbarus advenerat, monet Meherdaten barbarorum impetus acres cunctatione languescere aut in perfidiam mutari: ita urgueret coepta. Quod spretum fraude Acbari, qui iuvenem ignarum et summam fortunam in luxu ratum multos per dies attinuit apud oppidum Edessam. Et vocante Carene promptasque res ostentante, si citi advenissent, non comminus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petivit, id temporis inportunam, quia hiems

13 occipiebat. Exim nivibus et montibus fessi, postquam campos propinquabant, copiis Carenis adiunguntur, transmissoque amne Tigri permeant Adiabenos, quorum rex Izates societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta et magis fida inclinabat. Sed capta in transitu urbs Ninos, vetustissima sedes

sius (des Cäsarmörders) über die Parther bei Antiochia in Syrien, 51 v. Chr.

1. *Zeugma,* Stadt am Euphrat, wo ein Hauptübergang in der Richtung auf Edessa war: ein anderer nördlicherer bei Melitene (XV 26).

2. *rexque Arabum Acbarus,* König von Osroëne, im Nordwesten von Mesopotamien. Vgl. VI 44. Die richtige Form des Namens ist, wie die Münzen zeigen, Ἄβγαρος. Doch findet sich die Form, die Tac. hat (vielleicht eine arabische: 'der Große'), auch bei anderen Schriftstellern. Dieser war wahrscheinlich Abgar V Ukhama (der Schwarze) 13—50 n. Chr.

3. *advenerat.* Über den Singular s. den Anhang am Ende des Bandes.

impetus. 'Aufwallungen', Eifer für eine Sache, wie jetzt für die Erhebung des Meherdates.

4. *ita* für *itaque* wie unser 'so' für 'also'. IV 15. H. I 45 und oft bei andern.

6. *summam fortunam,* daß die höchste Stellung (zu XI 30) in der Üppigkeit, daß das Wesen der Herrschaft im ausschweifenden Genuß liege.

7. *Edessam,* die Hauptstadt des Acbar, jetzt Urfa.

Carenes (unten Z. 11 hat die Handschrift *Carrenis*) war, wie das Folgende zeigt, Satrap von Mesopotamien.

8. *comminus* 'in nächster Nähe' d. h. er ging nicht dahin, was ihm am nächsten war. Über Mesopotamien VI 37.

9. *hiems,* der Winter 49/50.

13. 10. *montibus,* dem Masius im Taurus.

campos propinquabant. Eine ungewöhnliche Konstruktion, aber schon bei Sallust hist. fr. IV 20 Kr., 62 D. *Tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium.*

12. *Adiabenos,* im Norden von Assyrien.

Izates, im geheimen Jude, war in den ersten Jahren des Claudius zur Regierung gelangt. Joseph. Ant. XX 2—4.

13. *per occulta et magis fida* 'heimlich und mit mehr Treue'. Über den Gebrauch des Neutrums des Plurals an dieser und andern Stellen zu II 39.

14. *Ninos* ist Ninive, am Tigris in Adiabene, beim jetzigen Mosul. Etwas weiter südöstlich lag das Dorf Gaugamela, wo Alexander 331 v. Chr. den Darius schlug, welche Schlacht auch nach der entfernteren Stadt Arbela benannt wird.

Assyriae, et castellum insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant.

Interea Gotarzes apud montem, cui nomen Sanbulos, vota dis loci suscipiebat, praecipua religione Herculis: qui tempore stato per quietem monet sacerdotes, ut templum iuxta equos venatui adornatos sistant. Equi ubi pharetras telis onustas accepere, per saltus vagi nocte demum vacuis pharetris multo cum anhelitu redeunt. Rursum deus, qua silvas pererraverit, nocturno visu demonstrat, reperiunturque fusae passim ferae.

Ceterum Gotarzes, nondum satis aucto exercitu, flumine 14
Corma pro munimento uti, et quamquam per insectationes et nuntios ad proelium vocaretur, nectere moras, locos mutare et

31 v. Chr. zurückreichte, sondern daß sie von der Persönlichkeit des Corvinus eine Vorstellung hatten.

1. *sestertiis* von *sestertia.* Suet. Ner. 10 *senatorum nobilissimo cuique, sed a re familiari destituto annua salaria et quibusdam quingena constituit.* Tac. konnte ohne Furcht mißverstanden zu werden so schreiben, da 500 Sesterzen eine lächerlich kleine Summe wäre.

2. *Aurelius Cotta*, wahrscheinlich der Sohn des Konsuls 20 n. Chr., über den zu II 32. Über *Haterius Antoninus* zu XII 58.

5. *mollibus adhuc initiis.* Vgl. XII 50. XIII 6.

9. *parta a Lucullo Pompeioque.* Diese hatten im letzten Mithridatischen Kriege durch Besiegung des Tigranes Armenien zuerst in eine gewisse Abhängigkeit von Rom versetzt. Doch beanspruchten die Römer fast nur, daß kein König ohne ihre Einwilligung den armenischen Thron besteige. Florus IV 12, 43 *Armenios victo rege Tigrane in hoc unum servitutis genus Pompeius adsueverat, ut rectores a nobis acciperent.*

11. *situ terrarum, similitudine morum.* Über das Asyndeton zu XII 19.

12. *illud magis ad servitium* d. h. dem unter den Parthern. Die Hdschr. *illuc.* Dann wäre *ad servitium* Erklärung von *illuc*, nämlich *ad Parthos.* Aber wer die Freiheit nicht kennt, von dem ist es verkehrt zu sagen, daß er sich mehr zur Knechtschaft neigt, da er sich zu jener gar nicht neigen kann.

35. 13. *Sed Corbuloni* usw. Die im folgenden berichtete Verbesserung der Disziplin des Heers fällt natürlich vor dieses Jahr 58, wahrscheinlich jedoch begann sie in der Hauptsache noch nicht 55, gleich nach Corbulos Ankunft (zu c. 9 am Ende), sondern erst in der Zeit der Ruhe 56, in welches Jahr auch die Aushebung in Galatien und Kappadozien uud die Verstärkung des Heers zu setzen sind.

14. *Syria transmotae.* Über die Sache c. 8. Über den bloßen Abl. zu II 69.

15. [*Romanorum*] ist vielleicht eine Glosse zu dem vorangehenden *militum.* Ein Genetiv wie *belli* kann dadurch verdrängt sein.

16. *Satis constitit.* Die Gewißheit wird in der Vergangenheit be-

non stationem, non vigilias inissent, vallum fossamque quasi nova et mira viserent, sine galeis, sine loricis, nitidi et quaestuosi, militia per oppida expleta. Igitur dimissis, quibus senectus aut valitudo adversa erat, supplementum petivit. Et habiti per Galatiam Cappadociamque dilectus, adiectaque ex Germania legio cum equitibus alariis et peditatu cohortium. Retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme saeva adeo, ut obducta glacie nisi effossa humus tentoriis locum non praeberet. Ambusti multorum artus vi frigoris, et quidam inter excubias exanimati sunt. Adnotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, ita praeriguisse manus, ut oneri adhaerentes truncis brachiis deciderent. Ipse cultu levi, capite intecto, in agmine, in laboribus frequens adesse; laudem strenuis, solacium invalidis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc quia duritia caeli militiaeque multi abnuebant deserebantque, remedium severitate quaesitum est. Nec enim, ut in aliis

richtet, mit denselben Worten XIV 4, *satis constabat* IV 74. A. 38, *constitit* XIV 33. XV 16. 67. XVI 5. Ebenso XIV 51 *coniectabatur* und *adseverabant*, XV 15 *addidit rumor*.

1. *stationem, vigilias*, größere und kleinere Posten, wovon zu I 28.

nova et mira, substantivisch, 'neue und wunderbare Dinge'. Beispiele zu I 46.

2. *sine galeis, sine loricis*. Es ist wahrscheinlich, daß die Friedensgarnisonen in den Provinzen ebenso wie die Soldaten in Rom für gewöhnlich nicht Panzer, Helm und Schild trugen, wovon zu XII 36.

quaestuosi 'reich an Gewinn', wie XII 63. Zu ihren Erwerbsarten gehörte auch der Handel. XIII 51.

5. *dilectus* sowohl der dort lebenden römischen Bürger als der Bundesgenossen. Vgl. zu c. 7.

ex Germania legio. Dies ist die *XII Fulminata*, die schon früher in Syrien stand (s. zu IV 5), aber von Claudius, als er zur Eroberung Britanniens 43 n. Chr. zwei Legionen aus Germanien zog, hierhin verlegt wurde. Annali dell' inst. XI 157. Borghesi Oeuvres V 229. [Andere nehmen an, daß die *legio IV Scythica* gemeint sei und daß Tac. hier *Germania* mit *Moesia* verwechselt habe.]

6. *equitibus alariis et peditatu cohortium*, beides Bundesgenossen. S. zu I 63. III 42. IV 73.

7 *hieme saeva adeo*. Wegen der engen Verbindung dieses Satzes mit dem vorhergehenden scheint dies der Winter von 56 auf 57 zu sein.

obducta gehört zu *glacie*. Dann konstruiere *humus nisi effossa* usw.

10. *adnotatusque miles — praeriguisse*, ein ungewöhnlicher Nominativ mit dem Infinitiv, von dem zu III 8.

praeriguisse manus 'vorn an den Händen erfroren', 'daß ihm vorn (am Körper) die Hände erfroren waren'. Das Verbum kommt nur hier vor.

11. *truncis* proleptisch.

12. *in agmine, in laboribus*. H. V 1 *in opere, in agmine gregario militi mixtus*. Sall. J. 96, 3 *in operibus, in agmine multus adesse*.

13. Aus *ostendere* wird zu *laudem* und *solacium* ein allgemeineres Verbum gedacht: 'bieten'.

14. *duritia* der Abl. ('infolge') wie *fervore* c. 16; *abnuebant* (und *deserebant*) steht absolut wie Liv. XXVII 49, 3 *ille fessos abnuentisque taedio et labore nunc precando nunc castigando accendit*.

exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequebatur, sed qui signa reliquerat, statim capite poenas luebat. Idque usu salubre et misericordia melius apparuit: quippe pauciores illa castra deseruere quam ea, in quibus ignoscebatur.

36 Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores auderent, praedicit. Curam praesidiorum Paccio Orfito, primi pili honore perfuncto, mandat. Is quamquam incautos barbaros et bene gerendae rei casum offerri scripserat, tenere se munimentis et maiores copias opperiri iubetur: sed rupto imperio, postquam paucae e proximis castellis turmae advenerant pugnamque imperitia poscebant, congressus cum hoste funditur; et damno eius exterriti, qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepida fuga rediere. Quod graviter Corbulo accepit increpitumque Paccium et praefectos militesque tendere extra vallum iussit; inque ea contumelia detenti nec nisi precibus universi exercitus exoluti sunt.

37 At Tiridates super proprias clientelas ope Vologaesis fratris adiutus, non furtim iam, sed palam bello infensare Armeniam, quosque fidos nobis rebatur, depopulari, et si copiae contra ducerentur, eludere hucque et illuc volitans plura fama quam pugna exterrere. Igitur Corbulo quaesito diu proelio frustra habitus et exemplo hostium circumferre bellum coactus, dispertit vires, ut

36. 5. *ver* des Jahrs 58. Über *adolesceret* zu II 23. Das Folgende zeigt, daß Corbulo den Winter 57 auf 58 schon in Armenien stand, und zuerst in die Gegend von Erzerum, worauf die Moscher (c. 37) und Trapezunt (c. 39) hinweisen, dann südlich vom Araxes nahe diesem Flusse auf Artaxata zog.

8. *primi pili honore perfuncto*, einem *primipilaris*, über dessen Stellung zu II 11. Wenn der XV 12 erwähnte *Paccius* derselbe ist, so wurde er infolge der Insubordination, die er sich hier zu Schulden kommen ließ, wieder zum *centurio primi pili* degradiert.

9. *casum* wie XII 50.

15. *tendere extra vallum*, eine althergebrachte Strafe. Polyb. VI 38 ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος καὶ τῆς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι τὴν παρεμβολήν. Über *tendere* 'lagern' zu I 17.

37. 18. *clientelas*. Über die parthischen Hörigen zu XII 14.

Vologaesis. Die Hdschr. hat hier und H. IV 51 *Vologesi*, XIII 7. H. IV 51 *Vologeso*, H. I 40 *Vologaesum*. In den BB. *ab excessu d. Aug.* hat Tac. abgesehen von XIII 7 die Form *Vologaeses* gebraucht, von der ein Genitiv auf *i* bei ihm nicht zulässig ist, wie zu XII 13 bemerkt ist. In den Historien scheint er die Form *Vologaesus* gesetzt zu haben, welche Dio, der ältere Plinius (VI 26, 122), Sueton (Ner. 57. Vesp. 6. Dom. 2) und Fronto (p. 127 Nab.) haben.

19. *infensare* nur bei Tac., außer hier VI 34. XIII 41.

22. *frustra habere* hier und XIV 11 'täuschen', 'betrügen' (ebenso schon in dem akrostichischen argumentum zu Plaut. Amph. v. 5), unten c. 51 'umgehn', 'unbeachtet lassen'.

legati praefectique diversos locos pariter invaderent. Simul regem Antiochum monet proximas sibi praefecturas petere. Nam Pharasmanes interfecto filio Radamisto quasi proditore, quo fidem in nos testaretur, vetus adversus Armenios odium promptius exercebat. Tuncque primum illecti Moschi, gens ante alias socia Romanis, avia Armeniae incursavit. Ita consilia Tiridati in contrarium vertebant, mittebatque oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent, cur datis nuper obsidibus redintegrataque amicitia, quae novis quoque beneficiis locum aperiret, vetere Armeniae possessione depelleretur. Ideo nondum ipsum Vologaesen commotum, quia causa quam vi agere mallent; sin perstaretur in bello, non defore Arsacidis virtutem fortunamque saepius iam clade Romana expertam. Ad ea Corbulo, satis comperto Vologaesen defectione Hyrcaniae attineri, suadet Tiridati precibus Caesarem aggredi: posse illi regnum stabile et res incruentas contingere, si omissa spe longinqua et sera praesentem potioremque sequeretur.

1. *regem Antiochum*, von dem zu XII 55. Über *Pharasmanes* und *Radamistus* VI 32. XI 8. XII 44 ff. XIII 6; über *praefecturas* zu XI 8.

2. *Nam Pharasmanes.* Dem Ph. gegenüber bedurfte es einer solchen Mahnung nicht, denn dieser usw.

3. *quo — testaretur* gehört zum folgenden.

5. *Moschi*, südlich vom Kaukasus nahe dem schwarzen Meer, im Nordwesten Armeniens. *Illecti* 'gewonnen' für die Freundschaft der Römer, ohne unedle Nebenbedeutung, wovon zu II 37. Die Worte *gens ante alias socia Romanis* sind von der Zeit des Schriftstellers gemeint: *ante alias* vom Grade, nicht von der Zeit. Sie hatten jedenfalls den Trajan in seinen parthischen Kriegen besonders eifrig unterstützt.

6. *incursavit.* Das Verbum richtet sich im Lat. bisweilen nach der Apposition des Subjekts oder dem dazu gehörigen Relativsatz. II 17 *Interea pulcherrimum augurium, octo aquilae petere silvas et intrare visae, imperatorem advertere.* III 21 *ut vexillum veteranorum, non amplius quingenti numero, Tacfarinatis copias fuderint.* XIV 27 *vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur*, wo m. s. H. I 61 *Valenti inferioris exercitus electi cum aquila quintae legionis —, ad quadraginta milia armatorum, data.* 86 *quod paranti expeditionem Othoni campus Martius et via Flaminia, iter belli, esset obstructum.* Cäs. b. civ. II 19, 5 *Carmonenses, quae est longe firmissima totius provinciae civitas, cohortes eiecit portasque praeclusit.* Cic. de imp. Cn. Pomp. 11 *Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, extinctum esse voluerunt.* p. Balb. 34 *cum duo lumina nostri imperii subito in Hispania, Cn. et P. Scipiones, extincti occidissent.* Plin. h. n. II 52, 139 *Volsinii, oppidum Tuscorum opulentissimum, totum concrematum est fulmine.*

8. *datis nuper obsidibus.* S. c. 9.

10. *commotum*, zum Feldzug aufgebrochen: 'habe sich noch nicht erhoben'.

11. *causa* wie XV 2.

12. *clade Romana*, unter Crassus und Antonius. II 1. 2.

14. *Hyrcaniae*, im Südosten des kaspischen Meers. Vgl. zu VI 36.

38 Placitum dehinc, quia commeantibus in vicem nuntiis nihil in summam pacis proficiebatur, colloquio ipsorum tempus locumque destinari. Mille equitum praesidium Tiridates affore sibi dicebat: quantum Corbuloni cuiusque generis militum assisteret, non statuere, dum positis loricis et galeis in faciem pacis veniretur. Cuicumque mortalium, nedum veteri et provido duci, barbarae astutiae patuissent: ideo artum inde numerum finiri et hinc maiorem offerri, ut dolus pararetur: nam equiti sagittarum usu exercito si detecta corpora obicerentur, nihil profuturam multitudinem. Dissimulato tamen intellectu, rectius de iis, quae in publicum consulerentur, totis exercitibus coram dissertaturos respondit; locumque delegit, cuius pars altera colles erant clementer adsurgentes accipiendis peditum ordinibus, pars in planitiem porrigebatur ad explicandas equitum turmas. Dieque pacto prior Corbulo socias cohortes et auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit, cui accita per noctem aliis ex castris tria milia tertianorum permiscuerat, una cum aquila, quasi eadem legio spectaretur. Tiridates vergente iam die procul adstitit, unde videri magis quam audiri posset. Ita sine congressu dux Romanus abscedere militem sua quemque in castra iubet.

39 Rex sive fraudem suspectans, quia plura simul in loca ibatur, sive ut commeatus nostros Pontico mari et Trapezunte oppido

38. 2. *in summam pacis proficiebatur.* Ähnliche Ausdrücke oft bei Livius, z. B. XXXI 37, 5 *in summam etiam belli profectum foret.* Tac. H. II 16 *nihil in summam profectura.*

5. *in faciem pacis*, 'in der Gestalt des Friedens', wie H. V 23 *in faciem stagni*, häufig *in modum, in speciem, in formam* c. 41. XV 24. XVI 1. Die Präposition bezeichnet hier wie oft das Resultat, 'so daß entsteht'; s. zu II 13.

7. *inde — hinc* 'auf jener (seiner) — auf dieser (der römischen) Seite', wie man sagt *ab hac, illa parte* in derselben Bedeutung. Ebenso II 60. 80. VI 34. XIII 14. XV 11. 29. 42. H. I 84. II 21. III 2. IV 22. 43. 60. V 24. Liv. XXXII 10, 12 *multis hinc atque illinc vulneribus acceptis.* I 13, 2 *mulieres hinc patres, hinc viros orantes.* Seneca ep. 89, 21 *quorum — insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras.* Ähnlich von Schiffen *hinc vel illinc appellere* II 6. H. III 47 'mit dem Vorder- oder Hinterteil'.

9. *exercitus* bei Tac. häufig gleich *exercitatus.*

13. *accipiendis — ordinibus.* Der Dativ gehört zum ganzen Satz wie im andern Gliede *ad explicandas equitum turmas*, und es ist kurz als Bestimmung jener Lokalitäten überhaupt bezeichnet, wozu sie in diesem Falle verwendbar waren. Eigentlich hätte es heißen sollen *quae res apta erat accipiendis — ordinibus* und *quod idoneum erat ad explicandas — turmas.* Andere Beispiele zu XII 56.

15. *pro cornibus* 'an der Spitze der Flügel', wie XIV 34.

16. *sextam legionem* mit dem Beinamen *Ferrata;* die gleich darauf erwähnte ist die *tertia Gallica.* Vgl. zu IV 5.

19. *videri — audiri.* II 81 *audiri — aspici.*

39. 22. *Pontico mari:* 'auf'. *Tra-*

adventantes interciperet, propere discedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur praesidiis nostris insessos; et Corbulo, ne irritum bellum traheretur utque Armenios ad sua defendenda cogeret, excindere parat castella, sibique, quod validissimum in ea praefectura, cognomento Volandum, sumit; minora Cornelio Flacco legato et Insteio Capitoni, castrorum praefecto, mandat. Tum circumspectis munimentis, et quae expugnationi idonea, provisis, hortatur milites, ut hostem vagum neque paci aut proelio paratum, sed perfidiam et ignaviam fuga confitentem exuerent sedibus gloriaeque pariter et praedae consulerent. Tum quadripertito exercitu, hos in testudinem conglobatos subruendo vallo inducit, alios scalas moenibus admovere, multos tormentis faces et hastas incutere iubet: libritoribus funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent, ne qua pars subsidium laborantibus ferret pari undique metu. Tantus inde ardor certantis exercitus fuit, ut intra tertiam diei partem nudati propugnatoribus muri, obices portarum subversi, capta escensu munimenta omnesque puberes trucidati sint, nullo milite amisso, paucis admodum vulneratis. Et inbelle vulgus sub corona venundatum; reliqua praeda victoribus cessit. Pari for-

pezunte oppido: ʻvonʼ. Über die Verbindung beider Ablative durch *et* zu I 55. Die Zufuhr kam von Byzanz und den asiatischen Provinzen der Römer zu Wasser nach Trapezunt in der Provinz Pontus, jetzt Trebisonde, und von dort zu Lande nach Armenien zum römischen Heer.

5. *in ea praefectura*, nämlich in der er sich befand. *Volandum*, das sonst nicht vorkommt, lag, wie das Folgende zeigt, einige Tagemärsche westlich von *Artaxata* und etwas östlich vom *Araxes*. Über *cognomentum* zu I 23.

6. *legato* legionis, über den zu I 44. II 36. *Insteius Capito* ist der c. 9 als *centurio* erwähnte: er war seitdem avanciert. Über den *praefectus castrorum* zu I 20.

7. *Tum.* Mit demselben Worte fängt auch der folgende Satz an, worüber zu I 81.

circumspectis, von allen Seiten betrachtet. Übertragen XIV 33.

12. *inducit.* Das Gewöhnliche wäre *adducit.* Jenes bezeichnet mehr den feindlichen Angriff, ʻführt daraufʼ, wie bei Verg. Aen. XI 620 *princeps turmas inducit Asilas.* Liv. X 33, 1 *manipulos legionum principali via inducit.* XXXIV 15, 6 *ad sinistram portam infrequentes videt: ea* (auf der Seite) *secundae legionis principes hastatosque inducit.*

13. *libritoribus funditoribusque.* Über diese verschiedenen Arten Schleuderer zu II 20.

17. *obices*, hier nicht ʻRiegelʼ oder ʻQuerbalkenʼ, wie H. III 30, sondern, wie *subversi* zeigt, ʻVerrammelungenʼ. Ebenso H. IV 71 *obices saxorum* ʻBarrikadenʼ, Liv. IX 2, 10 *clausam obice* (*viam*) und 3, 1 *obices viarum*, Vergil und andere Dichter oft von jedem Hindernis und jeder Schutzwehr.

20. *victoribus cessit*, wurde unter das Heer verteilt, während der Erlös für die Gefangenen dem Staat verblieb.

tuna legatus ac praefectus usi sunt, tribusque una die castellis expugnatis cetera terrore et alia sponte incolarum in deditionem veniebant.

40 Unde orta fiducia caput gentis Artaxata aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ductae legiones, quae, si amnem Araxen, qui moenia alluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur: procul et latioribus vadis transiere. At Tiridates pudore et metu, ne, si concessisset obsidioni, nihil opis in ipso videretur, si prohiberet, inpeditis locis seque et equestres copias illigaret, statuit postremo ostendere aciem et dato die proelium incipere vel simulatione fugae locum fraudi parare. Igitur repente agmen Romanum circumfundit, non ignaro duce nostro, qui viae pariter et pugnae composuerat exercitum. Latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, mediis decimanorum delectis; recepta inter ordines impedimenta, et tergum mille equites tuebantur, quibus iusserat, ut instantibus comminus resisterent, refugos non seque-

2. *cetera terrore et alia* usw. Über die bei *terrore* fehlende Bezeichnung, daß dies nur ein den *alia* entsprechender Teil war, zu I 17. Wir 'ergab sich das Übrige aus Schreck und ein Teil' usw. Über *sponte* mit dem Genitiv zu II 59.

40. 4. *Artaxata.* Über seine Lage und den *Araxes* zu XII 50.

6. *ponte*, auf der zur Stadt führenden, ständigen Brücke. Man zog, um sich nicht zu exponieren, einen Umweg vor, welcher noch die Unbequemlichkeit bot, daß man den Fluß an einer breiteren Stelle (und zwar ohne Brücke) zu überschreiten hatte; denn die Stadt war da angelegt worden, wo der Fluß am engsten war.

8. *concessisset obsidioni* 'wenn er der Belagerung Raum gegeben', sich ihrer Ausführung nicht entgegengestellt hätte, wie man sagt *concedere alicui, aetati* 'einer Person, dem Alter den Platz räumen', 'den Vortritt lassen'; *concedere postulationi alicuius* Cic. p. Mur. 47; *concedere vitio* Hor. Sat. I 4, 140 'einen Fehler gewähren lassen'; *concedere veris* ebend. II 3, 305 'der Wahrheit die Ehre gegeben'.

9. *inpeditis locis*, Ablativ; s. zu VI 32.

10. *die*, d. h. ein gelegener Tag, wie IV 40 *dato tempore* und öfter *locus*.

14. *incedebat.* Über den Singular hier und unten *ibat* zu XII 12.

decimanorum delectis, Vexilla der *legio X Fretensis.* S. zu I 17 u. IV 5. Der Rest der Legion war auf notwendigen Posten zurückgeblieben.

15. *quibus iusserat, ut* usw. Über die Konstruktion zu IV 72.

16. *non sequerentur* statt *ne* wegen Betonung der Negation wie c. 51 *edixit princeps, ut — omissas petitiones non ultra annum resumerent*, XV 6 *Dilata prorsus arma, ut — Corbulo meritae tot per annos gloriae non ultra periculum faceret* und beim imperativen Konjunktiv, wovon zu I 11. Durch die größere Entfernung scheint veranlaßt IV 48 *ut* ('damit') *clamore telis suo quisque periculo intentus sonorem alterius proelii non acciperet.*

rentur. In cornibus pedes sagittarius et cetera manus equitum ibat, productior cornu sinistro per ima collium, ut, si hostis intravisset, fronte simul et sinu exciperetur. Adsultare ex diverso Tiridates non usque ad ictum teli, sed tum minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines et diversos consectari posset. Ubi nihil temeritate solutum, nec amplius quam decurio equitum audentius progressus et sagittis confixus ceteros ad obsequium exemplo firmaverat, propinquis iam tenebris abscessit. Et Cor- 41
bulo castra in loco metatus, an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret obsidioque circumdaret, agitavit, concessisse illuc Tiridaten ratus. Dein, postquam exploratores attulere longinquum regis iter, et Medi an Albani peterentur, incertum, lucem opperitur; praemissaque levis armatura, quae muros interim ambiret oppugnationemque eminus inciperet. Sed oppidani portis sponte patefactis se suaque Romanis permisere. Quod salutem ipsis tulit; Artaxatis ignis inmissus, deletaque et solo aequata sunt, quia nec teneri *poterant* sine valido praesidio ob magnitudinem moenium, nec id nobis virium erat, quod firmando praesidio et capessendo bello divideretur, vel si integra et incustodita relinquerentur, nulla in eo utilitas aut gloria, quod capta essent. Adicitur miraculum velut numine oblatum: nam cuncta [extra

1. *pedes sagittarius* 'die Bogenschützen zu Fuß', wie II 16 *pedites sagittarii*.

2. *cornu sinistro* ohne *in* wie H. IV 77.

3. *fronte simul et sinu* 'von der Front und einem Bogen', indem der lange linke Flügel, soweit er den Feind überragte, sich auf dessen rechte Flanke warf.

5. *si* 'ob vielleicht', wie häufig. Madvig § 451 d. *Diversos*, die durch den Angriff auf ihn und die Verfolgung aus einander Gewandten, 'Getrennten'.

6. *nec amplius quam* 'und nur' wie *quid aliud* IV 34, wo m. s., gehört zum ganzen Satz.

7. *obsequium* gegen die oben angegebene Vorschrift Corbulos, *ut instantibus comminus resisterent, refugos non sequerentur*.

41. 9. *in loco* 'an Ort und Stelle', wie I 63.

12. *Medi* (es ist das Atropatenische Medien gemeint; s. zu XII 14) im Osten, *Albani* im Nordosten von Armenien, beide am Kaspischen Meer.

13. *levis armatura* hier die Bogenschützen und Schleuderer, wie der nachfolgende Relativsatz erkennen läßt.

18. *firmando praesidio* 'um die Besatzung stark zu machen', eine starke Besatzung zurück zu lassen. Anders A. 14 *firmatis praesidiis* 'indem er Festungen baute'.

19. *vel si*. Es sollte eigentlich heißen *sin* oder *sin vero*. Tac. hat *vel* gesetzt, als hätte er das Vorhergehende als eine andere Alternative bezeichnet, etwa so: *quia vel teneri non poterant — vel si*, in welchem Falle es zwar *aut — aut* heißen sollte; aber Tac. setzt an dessen Stelle öfter *vel*; s. zu XIV 35.

21. *miraculum* 'ein wunderbares Ereignis'. Diese Erscheinung hat

tectis] hactenus sole illustria fuere; quod moenibus cingebatur, ita repente atra nube coopertum fulguribusque discretum est, ut quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur.

Ob haec consalutatus imperator Nero, et senatus consulto supplicationes habitae; statuaeque et arcus et continui consulatus principi, utque inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de ea esset, aliaque in eandem formam decernuntur, adeo modum egressa, ut C. Cassius de ceteris honoribus adsensus, si pro benignitate fortunae dis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere disseruerit, eoque oportere dividi sacros et negotiosos dies, quis divina colerent et humana non impedirent.

42 Variis deinde casibus iactatus et multorum odia meritus reus haud tamen sine invidia Senecae damnatur. Is fuit Publius Suillius, imperitante Claudio terribilis ac venalis, et mutatione temporum non, quantum inimici cuperent, demissus, quique se nocentem videri quam supplicem mallet. Eius opprimendi gratia repetitum

nichts zu tun mit der von Plinius h. n. II 70, 180 aus dem Jahre 59 berichteten Sonnenfinsternis: *Solis defectum Vipstano et Fonteio consulibus factum pridie kalendas Maias Campania hora diei inter septimam et octavam sensit, Corbulo dux in Armenia inter horam diei decimam et undecimam prodidit visum circuitu globi alia aliis detegente et occultante*, deren Entstellung zu einem Wunder man dem Tac. hat aufbürden wollen. Denn daß alles von c. 36—41 in das Jahr 58 fällt, wird dadurch bewiesen, daß c. 42 ein anderes Ereignis dieses Jahrs mit *deinde* angeknüpft wird; und eine Sonnenfinsternis hat nie den beschränkten Umfang der hier berichteten Erscheinung.

extra tectis ist die Korruptel eines Glossems, das ursprünglich *extra tecta* oder *extraiecta* lautete. Nicht bloß das Außenliegende war bis zum Eintritt des göttlichen Zeichens hell, sondern alles, sowohl die Stadt als Umgegend. *Hactenus* 'bis dahin' (bis zu dieser Zeit) wie c. 47.

2. *fulguribus discretum* 'von Blitzen zerteilt'.

5. *arcus* mit Inschriften, welche die Erfolge gegen die Parther verkündeten. Vgl. II 41. 64. 83. III 57. XV 18.

continui 'auf eine Reihe von Jahren', nicht 'auf Lebenszeit'.

8. *C. Cassius*, von dem zu XII 11.

11. *dividi* usw., d. h. ein Teil der Tage müßten heilige, der andere Geschäftstage sein, an welchen letztern es jedem unbenommen sei, die Götter zu verehren, ohne daß die menschlichen Verrichtungen gehindert würden.

42. 13. *meritus* 'der sich zugezogen'; s. zu XV 6.

14. *Is fuit* wie II 1 *Is fuit Vonones*, wo m. s. Über *Publius Suillius* IV 31 mit den Anm.

17. *repetitum*. Es war das XI 7 berichtete Senatskonsult 54 n. Chr. mit Verschärfung wiederholt; s. zu XIII 5. *Poena legis Cinciae*, d. h. gleiche Strafe wie *repetundarum* Überführten (s. XI 7 zu Ende) nur für den Fall, daß sie gegen das Senatskonsult handelten; nicht etwa

credebatur senatus consultum poenaque Cinciae legis adversum eos, qui pretio causas oravissent. Nec Suillius questu aut exprobratione abstinebat, praeter ferociam animi extrema senecta liber, et Senecam increpans infensum amicis Claudii, sub quo iustissimum exilium pertulisset. Simul studiis inertibus et iuvenum inperitiae suetum, livere iis, qui vividam et incorruptam eloquentiam tuendis civibus exercerent. Se quaestorem Germanici, illum domus eius adulterum fuisse. An gravius aestimandum sponte litigatoris praemium honestae operae assequi, quam corrumpere cubicula principum feminarum? Qua sapientia, quibus philosophorum praeceptis intra quadriennium regiae amicitiae ter milies sestertium paravisset? Romae testamenta et orbos velut

eine Wiedereinführung der *lex Cincia*, was mit den Worten *repetitum senatus consultum* in Widerspruch stehen würde.

4. *increpans infensum* wie H. II 44 *desertorem proditoremque increpant;* aber auch XV 67 *quam Flavus ut humilem et angustam increpans.* Beides H. II 21 *illi ut segnem et desidem — militem, hi peregrinum et externum increpabant.*

5. *exilium,* von dem zu XII 8.

studiis inertibus, Philosophie, Rhetorik und Poësie; *iuvenum inperitiae suetum* durch seine Tätigkeit als Lehrer, welche jedoch, bevor er Lehrer des Nero wurde, eine durchaus freie und unbezahlte war, so daß sich junge Männer ihm anschlossen und in seinem Umgang lebten. Quint. X 1, 126 *Tum autem solus hic fere in manibus adulescentium fuit. Quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferri non sinebam, quos ille non destiterat incessere, cum diversi sibi conscius generis placere se in dicendo posse, quibus illi placerent, diffideret.*

6. *livere*, mit dem Dativ sonst nur bei den Tac. gleichzeitigen Dichtern. Stat. Silv. I 2, 150 *rupesque nitent, quis purpura saepe Oebalis et Tyrii moderator livet aheni.* Martial VI 86, 6 *et potet caldam, qui mihi livet, aquam.* IX 23, 5 *Albanae livere potest pia quercus olivae.*

7. *tuendis civibus*, wie dieselben Worte XV 48 Dativ.

8. *domus eius,* seiner Tochter Julia (zu XII 8).

gravius, Adverb; s. zu IV 39. Über den Genetiv bei *sponte* zu II 59.

9. *corrumpere cubicula,* ein eigentümlicher von den Personen auf die Heiligkeit des Ortes übertragener Ausdruck.

11. *quadriennium*, seit Neros Regierungszeit, 54 n. Chr. Über Senecas Vermögen vgl. c. 18 und XIV 53 ff.

12. *paravisset.* Es sollte der Acc. c. Inf. stehn, da die direkte Rede die dritte Person *paravit* haben würde. Indes gibt es von dieser Regel Ausnahmen. So c. 49 *consectaretur — suaderet dissuaderetve.* H. II 74 *quis ille dies foret?* IV 62 *quale illud iter? quis dux viae?* 69 *quod bello caput? unde ius auspiciumque peteretur? quam, si cuncta provenissent, sedem imperio legerent?* Madvig § 405. Hier und c. 49 liegt in dem Konjunktiv die Vorstellung einer Anrede an einen Anwesenden.

testamenta, er wisse die Leute zu bewegen ihn zum Erben einzusetzen; *orbos*, er bringe die Kinderlosen in seine Gewalt, ebenfalls zum Zweck der Einsetzung. Dies letztere brauchte also nicht hinzugefügt zu werden, wenn nicht Tac.

indagine eius capi, Italiam et provincias inmenso faenore hauriri: at sibi labore quaesitam et modicam pecuniam esse. Crimen, periculum, omnia potius toleraturum, quam veterem ac domi
43 partam dignationem subitae felicitati submitteret. Nec deerant, qui haec isdem verbis aut versa in deterius Senecae deferrent. Repertique accusatores direptos socios, cum Suillius provinciam Asiam regeret, ac publicae pecuniae peculatum detulerunt. Mox, quia inquisitionem annuam impetraverant, brevius visum urbana crimina incipi, quorum obvii testes erant. Ii acerbitate accusationis Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum, Iuliam, Drusi filiam, Sabinamque Poppaeam ad mortem actas et Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum

diese ergiebigste Art der Erbschleicherei ganz besonders hervorheben wollte. Tac. liebt es der größeren Anschaulichkeit wegen ein allgemeines und ein spezielles Wort zu verbinden, wie II 34 *tempus atque iter*, 37 *stirps et progenies*, 74 *crimina et accusationem*, III 9 *in agmine atque itinere*, IV 23 *libertos regios et servilia imperia*, XI 6 *famam et posteros*, XIII 46 *paelice ancilla et adsuetudine Actes*, XIV 3 *ferrum et caedes*, 16 *ore vultuque*, 20 *militia et armis*, 33 *fletu et lacrimis*, H IV 58 *proelium et acies*.

3. *domi partam* 'durch eigene Mittel', 'selbsterworben'. Über diesen Gebrauch von *domi* und *domesticus* zu III 70 *bonas domi artes*.

43. 6. *provinciam Asiam*, als konsularische Senatsprovinz, über die zu I 74. III 32. Wir haben aus seinem Prokonsulat, das gegen Ende der Regierung des Claudius fallen muß, noch die Inschrift einer im Tempel der Hera zu Samos ihm errichteten Statue, Waddington fastes des prov. Asiat. I 128: *Ὁ δῆμος Πόπλιον [Σ]ουίλλιον Ῥοῦφον τὸν ἀνθύπατον Ἥρῃ*.

8. *inquisitionem annuam*, ein Jahr Zeit, um Beweismittel und Zeugen aus Asien herbeizuschaffen. Eine derartige Frist wurde denen, welche einen gewesenen Provinzialbeamten *repetundarum* anklagten, gewöhnlich gewährt. Vgl. zu III 70. XIII 52.

10. *Q. Pomponium*. Vgl. V 8. VI 18. Wahrscheinlich klagte ihn *Suillius* wegen seines Betragens nach dem Tode des Caligula an, wo er als Konsul die Verhandlungen des Senats leitete, der die Republik herstellen wollte, und für besonders republikanisch gesinnt galt. Joseph. Ant. XIX 4, 5. b. Iud. II 11, 1. Er war aus Verzweiflung zum Camillus Scribonianus nach Dalmatien geflohn, über den zu XII 52. Sein Name ist deshalb in den Fasten der *feriae Latinae* (CIL. VI 2015) im Jahr 41 ausgekratzt. Über *Iulia* zu XIII 32, *Poppaea Sabina* und *Valerius Asiaticus* XI 1 ff. *Lusius Saturninus* war Consul suffectus in einem unbekannten Jahr nach CIL. III 2028 (s. zu V 11). *Cornelius Lupus*, Consul suffectus 42 n. Chr. (Gai. III § 63 *Lupo et Largo consulibus*), und vorher nach der Prätur unter Tiberius Prokonsul von Creta und Cyrene, wie Münzen von Creta zeigen mit der Aufschrift *ἐπὶ Κορνηλίου Λύπου*. Eckh. d. n. II 302. Mionnet II 237. 276. 285. S. IV 296. 313. 321. 336. Borghesi Oeuvres I 439. Bull. arch. 1870, 133. Beide erwähnt als von Claudius getötet Sen. lud. 13 *deinde amici* (des Claudius), *Saturninus Lusius et Pedo Pompeius et Lupus et Celer Asinius consulares*.

circumventos; iam equitum Romanorum agmina damnata omnemque Claudii saevitiam Suillio obiectabant. Ille nihil ex his sponte susceptum, sed principi paruisse defendebat, donec eam orationem Caesar cohibuit, compertum sibi referens ex commentariis patris sui, nullam cuiusquam accusationem ab eo coactam. Tum iussa Messalinae praetendi et labare defensio: cur enim neminem alium delectum, qui saevienti impudicae vocem praeberet? Puniendos rerum atrocium ministros, ubi pretia scelerum adepti scelera ipsa aliis delegent. Igitur adempta bonorum parte (nam filio et nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam, quae testamento matris aut aviae acceperant) in insulas Baleares pellitur, non in ipso discrimine, non post damnationem fractus animo; ferebaturque copiosa et molli vita secretum illud toleravisse. Filium eius Nerullinum aggressis accusatoribus per invidiam patris et crimina repetundarum, intercessit princeps tamquam satis expleta ultione.

Per idem tempus Octavius Sagitta, plebei tribunus, Pontiae, 44

1. *equitum — agmina.* Suet. Claud. 29 *in trecentos amplius equites Romanos animadvertit.*

3. *defendebat* 'bediente sich der Verteidigung', 'behauptete zu seiner Verteidigung'. Cic. in Verr. III 211 *quod nemo nisi improbus fecerit, id aliorum exemplo se fecisse defendat?* p. Tull. 32 *si tibi libitum esset ita defendere, tuam familiam non fecisse, vinceres, si id probare potuisses.* in Pis. 56 *si triumphum non cupiebas, cuius tandem rei te cupiditate arsisse defendes?*

4. *commentariis* 'den Papieren'. Die Notizen, Tagebücher, Registranden und Akten über Vorgänge während seiner Regierung, die er für seinen speziellen Gebrauch gemacht oder hatte führen lassen. So werden vielfach schon die *commentarii Caesaris* nach seinem Tode und ebenso die späterer Kaiser erwähnt; in einer ähnlichen Angelegenheit wie hier H. IV 40 die *commentarii principales.*

5. *coactam* 'erzwungen'. Beispiele zu IV 51.

10. *filio,* dem hernach genannten *Nerullinus.* Der andere, *Caesoninus* (s. zu XI 2), war entweder tot oder wurde als Verbannter übergangen. Die Enkelin des Suillius ist wohl seine Tochter.

11. *matris aut aviae* bezeichnet dieselbe Person, die für den Sohn *mater,* für die Enkelin *avia* war.

14. *Nerullinum,* von dem zu XII 25. *aggressis accusatoribus.* Das part. perf. eines mit einem Objektsakkusativ verbundenen Deponens im Abl. abs. noch XII 32 *non ausis aciem hostibus.* H. II 45 *non ausis ducibus — oppugnationem castrorum.* H. II 11 *transgresso iam Alpes Caecina.* VI 17 *copiam vendendi secuta vilitate.* XI 25 *orationem principis secuto patrum consulto.*

15. *crimina repetundarum,* deren er sich wohl als konsularischer *legatus pro praetore* einer kaiserlichen Provinz oder Legat seines Vaters in Asien (zu IV 56) schuldig gemacht haben sollte. Denn er war, wie zu XII 25 bemerkt, erst unter Vespasian Prokonsul von Asien.

Über *tamquam* ('wie er sagte') zu III 72.

44. 17. *Octavius Sagitta.* Eine Inschr., ungewiß, ob von ihm oder einem andern derselben Familie, ge-

mulieris nuptae, amore vecors, ingentibus donis adulterium et mox, ut omitteret maritum, emercatur, suum matrimonium promittens ac nuptias eius pactus. Sed ubi mulier vacua fuit, nectere moras, adversam patris voluntatem causari repertaque spe ditioris coniugis promissa exuere. Octavius contra modo conqueri, modo minitari, famam perditam, pecuniam exhaustam obtestans, denique salutem, quae sola reliqua esset, arbitrio eius permittens. Ac postquam spernebatur, noctem unam ad solacium poscit, qua delenitus modum in posterum adhiberet. Statuitur nox, et Pontia consciae ancillae custodiam cubiculi mandat. Ille uno cum liberto ferrum veste occultum infert. Tum, ut adsolet in amore et ira, iurgia preces, exprobratio satisfactio; et pars tenebrarum libidini seposita: ea quasi incensus nihil metuentem ferro transverberat et accurrentem ancillam vulnere absterret cubiculoque prorumpit. Postera die manifesta caedes, haud ambiguus percussor; quippe mansitasse una convincebatur. Sed libertus suum illud facinus profiteri, se patroni iniurias ultum esse; commoveratque quosdam magnitudine exempli, donec ancilla ex vulnere refecta verum aperuit. Postulatusque apud consules a patre interfectae, postquam tribunatu abierat, sententia patrum et lege de sicariis condemnatur.

funden zu Castel vecchio subego im alten Pälignerlande, CIL. IX 3311 *Q. Octavio, L. f., Sagittae, quinq*(ennali) $\overline{\text{II}}$, *pagus Boedinus.*

Pontia Postumina, wie sie H. IV 44 mit vollem Namen heißt.

3. *ubi mulier* statt des gewöhnlichen *mulier, ubi.* Vgl. XII 47.

5. *coniugis* männlich wie *coniugum* III 34.

6. *obtestans* 'anrufend', damit sie durch die Erinnerung einen Eindruck zu seinen Gunsten machen, wie man sagt *deos, caelum, fidem obtestari.* Hier wäre das gewöhnliche gewesen *per famam — obtestans.*

13. *quasi.* Er vollführte den wohl vorbereiteten Mord unter solchen Umständen, daß er als eine Tat plötzlicher Erregung erscheinen konnte.

14. *cubiculoque prorumpit.* Der bloße Abl. bei *prorumpere* auch XV 40 *praediis Tigellini Aemilianis proruperat.* H. IV 34 *omnibus portis prorumpunt,* nach Vergils Vorgange Aen. VII 459 *toto proruptus corpore sudor.*

16. *mansitasse una convincebatur.* Über die Konstruktion zu c. 23. *mansitare,* ein sehr seltnes Verbum, auch XIV 42.

18. *magnitudine exempli.* Man glaubte seiner Aussage, weil man so große Aufopferung nicht für möglich hielt. *Exemplum* ist eine Tat, die andern zum Vorbild dienen kann.

19. *apud consules,* als den Vorsitzenden des Senats, der ihn als Senator richtete. S. zu I 73.

20. *postquam tribunatu abierat.* Gegen die konsularisch-senatorische und die kaiserliche Kriminaljustiz schützte das Amt im allgemeinen nicht (Suet. Dom. 8); nur die Befreiung des Volkstribunen ist auch in dieser Zeit wenigstens im Prinzip anerkannt worden. Mommsen, Staatsr. I 682.

lege de sicariis. Dig. XLVIII 8, 3 § 5 *Legis Corneliae de sica-*

Non minus insignis eo anno inpudicitia magnorum rei pu- 45
blicae malorum initium fecit. Erat in civitate Sabina Poppaea, T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat, illustri memoria Poppaei Sabini consularis et triumphali decore praefulgentis: nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Seiani pervertit. Huic mulieri cuncta alia fuere praeter honestum animum. Quippe mater eius, aetatis suae feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter et formam dederat; opes claritudini generis sufficiebant; sermo comis, nec absurdum ingenium. Modestiam praeferre et lascivia uti: rarus in publicum egressus, idque velata parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat. Famae numquam pepercit maritos et adulteros non distinguens; neque affectui suo aut alieno obnoxia, unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitnr agentem eam in matrimonio Rufri Crispini, equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit iuventa ac luxu, et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. Nec mora, quin adulterio matrimonium iungeretur.

riis et veneficis poena insulae deportatio est et omnium bonorum ademptio. Über die Verbindung dieser Worte mit *sententia patrum* durch *et* zu I 55. Über *Octavius* vgl. H. IV 44. Der Dichter Lucan hatte gegen und für ihn Übungsreden geschrieben: *prosa oratione in Octavium Sagittam et pro eo,* nach der *vita* vor den Scholien.

45. 2. *Sabina Poppaea.* Ihr Porträt Cohen méd. imp. I pl. XII. Bernoulli, Röm. Ikonogr. II 1 S. 415.

3. *patre genita.* Über den Zusatz *patre* XIII 12. Über *Poppaeus Sabinus* I 80 mit den Anm.

7. *mater eius*, die *Poppaea Sabina*, von der XI 1 ff.

8. *supergressa* wie *supergrederetur* XIV 52.

9. *comis* 'gewinnend' wie H. I 19 *comis oratio.* XV 48 *comi sermone et congressu.*

nec absurdum ingenium. Sallust in der Schilderung der Sempronia Cat. 25 *Verum ingenium eius haud absurdum: posse versus facere, iocum movere, sermone uti vel modesto vel molli vel procaci; prorsus multae facetiae multusque lepos inerat.* Tac. H. III 62 vom Fabius Valens *procax moribus neque absurdus ingenio.*

11. *decebat* 'ihr gut stand'.

12. *non distinguens.* Sie behandelte ihre Buhlen ganz ebenso, als wären sie ihre Ehemänner.

15. *Rufri Crispini*, des frühern *praefectus praetorio*, von dem zu XI 1. Er wird hier als ein Unbekannter eingeführt, wie Locusta XIII 15. Über den Sohn Suet. Ner. 35 (Nero) *privignum Rufrium Crispinum, Poppaea natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius demandavit.* Über *Otho* c. 12. Das Folgende hat Tac. hier infolge späterer genauerer Durchforschung der Quellen anders erzählt als H. I 13. [Vielleicht stammt die hier gegebene Version aus Cluvius, die in den Historien aus Plinius.]

16. *flagrantissimus in amicitia Neronis* ist ungewöhnlich, da das Adjektiv eigentlich nicht vom Otho, sondern von der *amicitia* ausgesagt sein sollte wie I 22 *flagrantior vis,* XI 29 *flagrantissima gratia,* XIV 51 *flagrantissima flagitia,* H. II 31 *fla-*

46 Otho sive amore incautus laudare formam elegantiamque uxoris apud principem, sive ut accenderet ac, si eadem femina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adiceret. Saepe auditus est consurgens e convivio Caesaris seque ire ad illam, sibi concessam dictitans nobilitatem pulchritudinem, vota omnium et gaudia felicium. His atque talibus irritamentis non longa cunctatio interponitur, sed accepto aditu Poppaea primum per blandimenta et artes valescere, imparem cupidini et forma Neronis captam simulans; mox acri iam principis amore ad superbiam vertens, si ultra unam alteramque noctem attineretur, nuptam esse se dictitans, nec posse matrimonium amittere, devinctam Othoni per genus vitae, quod nemo adaequaret. Illum animo et cultu magnificum; ibi se summa fortuna digna visere: at Neronem, paelice ancilla et adsuetudine Actes devinctum, nihil e contubernio servili nisi abiectum et sordidum traxisse. Deicitur familiaritate sueta, post congressu et comitatu Otho, et ad postremum, ne in urbe aemulatus ageret, provinciae Lusitaniae praeficitur; ubi usque ad civilia arma non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procax otii et potestatis temperantior.

47 Hactenus Nero flagitiis et sceleribus velamenta quaesivit.

grantissimae libidines. Wir: 'für den begünstigtsten'.

46. 1. *sive — sive.* Dafür, daß Otho *amore incautus* handelte, spricht der Umstand, daß er als Kaiser die Statuen der Poppaea wieder aufrichten ließ. H. I 78.

3. *ei* vom Standpunkt des Schriftstellers aus gesetzt, statt des gewöhnlichen *sibi.* Vergl. zu IV 67.

4. *seque.* Die Partikel verbindet die beiden Partizipien; die Härte des Ausdrucks besteht darin, daß *auditus est* über *consurgens* hinweg auf *dictitans* bezogen wird, welches letztere dem Schriftsteller von Anfang an als das wichtigere vorschwebte.

5. *vota omnium et gaudia felicium.* Derselbe Gedanke in einer Inschr. b. Grut. 637, 5 *quod omnes rogant, sed felices impetrant.*

6. *His — irritamentis* Ablativ ('nach', eigentlich 'bei', *cum haec atque talia irritamenta essent*).

8. *imparem cupidini*, unvermögend ihrer Leidenschaft zum Kaiser zu widerstehn. Zu ergänzen ist *se* wie XII 47 *decidisse simulans.* H. II 18 *velle simulans.*

11. *amittere* 'aufgeben' wie II 71. XIV 26.

14. *Actes,* von der c. 12. Durch *paelice ancilla et adsuetudine Actes* wird dasselbe zweimal ausgedrückt, um alle Seiten dieses Verhältnisses schärfer hervorzuheben, worüber zu c. 42. *Contubernium* ist hier um so bitterer, da man so die Art von Ehe nannte, welche der Herr seinen Sklaven verschiedenen Geschlechts öfter gestattete, da Sklaven einer wirklichen Ehe nicht fähig waren.

17. *aemulatus ageret.* S. zu c. 14. *Lusitaniae praeficitur,* obwohl er erst die Quästur bekleidet hatte, während sonst nur prätorische *legati pro praetore* diese Provinz verwalteten. Suet. Otho 3.

18. *civilia arma,* der Erhebung Galbas, 68 n. Chr. H. I 13.

47. 20. *velamenta quaesivit.* Sen. de v. beata XII 4 *quaerentes libi-*

Suspectabat maxime Cornelium Sullam, socors ingenium eius in contrarium trahens callidumque et simulatorem interpretando. Quem metum Graptus, ex libertis Caesaris, usu et senecta Tiberio ab usque domum principum edoctus, tali mendacio intendit. Pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis inlecebris erat; ventitabatque illuc Nero, quo solutius urbem extra lasciviret. Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias fatoque evitatas, quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos remeaverit, auctoremque eius doli Sullam ementitur, quia forte redeuntibus ministris principis quidam per iuvenilem licentiam, quae tunc passim exercebatur, inanem metum fecerant. Neque servorum quisquam neque clientium Sullae adgnitus; maximeque despecta et nullius ausi capax natura eius a crimine abhorrebat: proinde tamen, quasi convictus esset, cedere patria et Massiliensium moenibus coërceri iubetur.

Isdem consulibus auditae Puteolanorum legationes, quas 48
diversas ordo plebs ad senatum miserant, illi vim multitudinis,

dinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum.

1. *Cornelium Sullam*, von dem zu XII 52.

3. *ex libertis Caesaris.* Er war wahrscheinlich schon von Tiberius freigelassen. Vgl. zu XIII 12. Sein Sohn CIL. X 6638 c, 1 *Ti. Julius Grapti f. Nata[lis]*.

Tiberio ab usque. XV 37 *Oceano ab usque.* XIV 58 *ad usque bellum.* Dies ist von den Dichtern entlehnt. Verg. Aen. VII 289 *Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno.* XI 262 *Atrides Protei Menelaus ad usque columnas Exulat.* Hor. Sat. I 1, 97 *ad usque Supremum tempus.* 5, 96 *via peior ad usque Bari moenia.* Ovid ex P. II 3, 4 *supremum vitae tempus ad usque meae.* Stat. Theb. I 439 *neque enim meus audeat istas Civis in usque manus.*

5. Der *pons Mulvius* (heute *ponte Molle*) führte im Norden der Stadt die *via Flaminia* über die Tiber. Die *horti Sallustiani*, angelegt vom Geschichtschreiber und seinem Adoptivsohn (III 30), später kaiserlich, lagen östlich von der genannten Straße auf dem *Collis hortorum*, nahe der *via Salaria.* S. H. III 82.

in eo tempore. Sonst *eo in tempore:* XI 29. XV 7. 39. Ebenso mehrmals *tali in tempore.*

celebris nocturnis inlecebris. Über den gleichen Ausgang zu I 24. Über das Maskulinum *celebris* zu II 88.

7. *regredienti* 'wenn er zurückginge': *per Flaminiam viam* gehört zum folgenden; nach der Aussage des Graptus sollte man vorausgesetzt haben, daß Nero diesen Weg nehmen werde.

10. *redeuntibus* auf der *via Flaminia.*

12. *maxime* gehört weder zu *despecta* noch zu *abhorrebat*, sondern zu dem ganzen Gedanken: 'und, was das wichtigste war'.

13. *ausum* und *ausa* die Dichter seit Vergil und Ovid, letzteres Tac. II 39 *ausa eius.* III 66 *impudentibus ausis.* Vgl. III 67 *ausis ad Caesarem codicillis.*

14. *proinde* wie XII 60.

48. 16. *Puteoli*, jetzt Puzzoli, in Kampanien. Vgl. XIV 27.

17. *ordo*, der städtische Senat, die Dekurionen. Das Asyndeton ist

hi magistratuum et primi cuiusque avaritiam increpantes. Eaque seditio ad saxa et minas ignium progressa ne caedem et arma proliceret, C. Cassius adhibendo remedio delectus. Quia severitatem eius non tolerabant, precante ipso ad Scribonios fratres ea cura transfertur, data cohorte praetoria, cuius terrore et paucorum supplicio rediit oppidanis concordia.

49 Non referrem vulgarissimum senatus consultum, quo civitati Syracusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur, nisi Paetus Thrasea contra dixisset praebuissetque materiem obtrectatoribus arguendae sententiae. Cur enim, si rem publicam egere libertate senatoria crederet, tam levia consectaretur? Quin de bello aut pace, de vectigalibus et legibus, quibusque aliis *res* Romana contineretur, suaderet dissuaderetve? Licere patribus, quotiens ius dicendae sententiae accepissent, quae vellent, expromere relationemque in ea postulare. An solum emendatione dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur: cetera per omnes imperii partes perinde egregia, quam si non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret? Quod si summa dissimulatione transmitterentur, quanto magis inanibus abstinendum! Thrasea contra, rationem poscentibus amicis, non praesentium ignarum

enumerativ (zu IV 43), drückt aber zugleich den Gegensatz beider Teile schärfer aus (zu XII 19).

1. *primi cuiusque* 'der angesehensten Leute'. In dieser Bedeutung steht *primus* bei Tac. nur hier.

3. *C. Cassius,* von dem zu XII 11.

4. *Scribonios fratres.* Der eine führte den Beinamen *Rufus*, der andere *Proculus*. Nachdem sie längere Zeit *legati pro praetore* der beiden Germanien gewesen (und zwar Proculus von Obergermanien, Rufus von Niedergermanien, s. Westd. Korr. XXIV S. 98), rief sie Nero 67 n. Chr. nach Griechenland und zwang sie zum Selbstmord. H. IV 41. Dio LXIII 17.

49. 7. *vulgarissimum.* XVI 22 *vulgaribus patrum consultis.* Der Superlativ von *vulgaris* ist sonst ohne Beispiel.

8. *numerum — finitum.* Für die römischen Spiele hatte Augustus 22 v. Chr. bestimmt *μήθ' ὁπλομαχίαν μήτ' ἄλλως, εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, μήτ' αὖ πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν* (Dio LIV 2). Über Tiberius Suet. Tib. 34 *Ludorum ac munerum impensas corripuit mercedibus scaenicorum recisis paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis.*

9. *P. Clodius Thrasea Paetus,* Cons. suff. mit *Duvius Avitus* (zu XIII 54) in den letzten Monaten des J. 56. Herm. XII 128. Über das fernere Leben und den Tod dieses hoch angesehenen Mannes XIV 12. 48. XV 20. 23. XVI 21 ff. H. II 91. IV 5. 7. A. 2.

11. Über *consectaretur* u. (13) *suaderet dissuaderetve* zu c. 42. Über den Wechsel der Verbindung durch *aut* und *et* (*de bello aut pace*, *de vectigalibus et legibus*) zu I 11.

14. *quae vellent, expromere*; was *egredi relationem* hieß; s. zu II 33.

17. *imperii partes,* nicht 'Teilen des Reichs', sondern in umfassenderer Bedeutung, die *pars* oft hat, 'Beziehungen', 'Verhältnissen des

respondebat eiusmodi consulta corrigere, sed patrum honori dare, ut manifestum fieret magnarum rerum curam non dissimulaturos, qui animum etiam levissimis adverterent.

Eodem anno crebris populi flagitationibus, inmodestiam 50
publicanorum arguentis, dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omitti iuberet idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere seniores, dissolutionem imperii docendo, si fructus, quibus res publica sustineretur, deminuerentur: quippe sublatis portoriis sequens, ut tributorum abolitio expostularetur. Plerasque vectigalium societates a consulibus et tribunis plebei constitutas acri etiam tum populi Romani libertate; reliqua mox ita provisa, ut ratio quaestuum et necessitas erogationum inter se congrueret. Temperandas plane publicanorum cupidines, ne per tot annos sine querela tolerata novis acerbitatibus ad invidiam verterent.

Reichs'. So gehören eben die vorher genannten Dinge *bellum, pax, vectigalia, leges* zu den *partes imperii.*

1. *corrigere* hier das bloße Angeben der Verbesserung.

2. *curam non dissimulaturos,* würden ihre Meinung offen darüber sagen, nicht tun, als gingen jene Dinge unbemerkt an ihnen vorüber, wenn die Äußerungen mißliebig sein könnten.

50. 5. *publicanorum.* Von den Staatspächtern IV 6 mit d. Anm.

vectigalia sind hier die indirekten Abgaben, vom Verbrauch und Handel, besonders die Zölle, dasselbe was hernach *portoria* heißt, im Gegensatz zu *tributa*, den direkten Steuern. Vgl. I 11 *tributa aut vectigalia.* Diese *portoria* wurden nicht etwa bloß an den Grenzen des Reiches erhoben; denn dieses war in Steuerkreise geteilt, die gewöhnlich mehrere Provinzen umfaßten; aber auch innerhalb dieser gab es noch Binnenzölle.

7. *impetum* 'Anlauf', d. h. 'Neigung'.

8. *seniores.* Die Hds. *senatores.* Es müssen hier Leute bezeichnet werden, deren Rat wegen ihrer Erfahrung und Umsicht von Gewicht war. Senator wurde man aber schon mit dem 26sten Jahr.

10. *tributa* bezeichnet hier alle direkten Abgaben, nicht bloß die eigentlich so genannten, wie die von Augustus allen Provinzialen aufgelegte Kriegssteuer und die übrigen Geldabgaben, die nach dem Vermögen verteilt wurden, und die Kopfsteuer, sondern auch die Naturalabgaben, gewöhnlich der Zehnte, welche IV 6 *frumenta* heißen.

plerasque vectigalium societates. Man erwartet *pleraque vectigalia.* Denn es ist nur gemeint, daß die Festsetzung der einzelnen *vectigalia* in den Provinzen diejenige der dazu gehörigen Pachtgesellschaft zur Folge hatte. Aber Tacitus' Ausdruck entspricht insofern dem Sachverhalt, als dieselben *vectigalia* für jeden Steuerkreis besonders festgesetzt und in den Händen verschiedener Compagnien waren.

11. *a consulibus*, durch *leges; et tribunis plebei*, durch *plebiscita.*

acri—libertate. Germ. 37 *acrior Germanorum libertas.*

13. *quaestuum* 'Einnahmen', sonst *reditus.*

14. *plane* wie c. 6.

51 Ergo edixit princeps, ut leges cuiusque publici, occultae ad id tempus, proscriberentur; omissas petitiones non ultra annum resumerent; Romae praetor, per provincias, qui pro praetore aut consule essent, iura adversus publicanos extra ordinem redderent; militibus immunitas servaretur, nisi in iis, quae veno exercerent; aliaque admodum aequa, quae brevi servata, dein frustra habita sunt. Manet tamen abolitio quadragesimae quinquagesimaeque, et quae alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerant. Temperata apud transmarinas provincias frumenti subvectio; et ne censibus negotiatorum naves ascriberentur tributumque pro illis penderent, constitutum.

52 Reos ex provincia Africa, qui proconsulare imperium illic

51. 1. *edixit princeps.* Hier zeigt sich eine ausgedehntere Anwendung der kaiserlichen Edikte, als sie unter Augustus und Tiberius üblich, wenn auch damals schon zulässig war. Damals wären diese Dinge durch einen Senatsbeschluß festgesetzt worden.

publicum, 'Staatssteuer'. Die *leges*, die Vorschriften für die *publicani*, wie sie die Steuer erheben durften, waren bisher nur in den Händen dieser gewesen.

2. *non ultra annum*, d. h. wenn sie ein Jahr nach dem Termin ohne Einforderung hätten vergehen lassen, sollte die Abgabe erloschen sein. Über *non* zu c. 40.

3. *praetor* 'ein Prätor'.

qui pro praetore — essent, die Verwalter der größeren kaiserlichen und der Senatsprovinzen, *legati pro praetore* und *proconsules*, von denen zu I 74. — Ursprünglich fielen die Streitigkeiten zwischen den Zollerhebern und den Zollpflichtigen unter die zensorische Judikation.

4. *extra ordinem*, d. h. gleich: während die übrigen Prozesse in der Reihenfolge verhandelt wurden, in der sie anhängig gemacht waren, sollten diese allen übrigen vorgehn. Sen. ep. 106, 2 *dubitavi, utrum differrem te, donec suus isti rei veniret locus, an ius tibi extra ordinem dicerem.*

5. *veno*, Dativ wie in *veno dare* und *ponere*, wovon zu IV 1.

6. *frustra habita.* S. zu c. 37.

7. *quadragesimae quinquagesimaeque.* Wovon diese Abgaben ($2^{1}/_{2}$ und 2 Prozent) erhoben wurden, ist nicht bekannt. Vielleicht sind indessen gewisse von Cicero in Verr. III 181 aufgezählte Sporteln gemeint, die sich die *publicani* bei jedem mit dem Lieferanten abgeschlossenen Geschäft berechneten. Diese *illicitae exactiones* sind nicht zu verwechseln mit andern gleichnamigen, die vom Staat eingesetzt waren, besonders dem Einfuhrzoll der *quadragesima*, welcher an allen Zollstätten des Reichs von den Waren erhoben wurde.

9. *Temperata* 'geregelt', 'geordnet'; jedenfalls so, daß die Lasten, welche die Zufuhr aus den Provinzen nach Rom drückten, verringert wurden. *Apud* 'in' (zu I 5).

10. *negotiatorum.* Hierunter sind nur Provinzialen (*peregrini*) zu verstehn: denn die römischen Bürger zahlten keine Vermögenssteuer. Dagegen war das von Augustus eingeführte *tributum* und die alten Geldabgaben einzelner Provinzen nach dem *census* verteilt (vgl. zu I 31).

52. 12. *proconsulare imperium*, von dem zu I 74. III 32.

habuerant, Sulpicium Camerinum et Pompeium Silvanum absolvit Caesar, Camerinum adversus privatos et paucos, saevitiae magis quam captarum pecuniarum crimina obicientes: Silvanum magna vis accusatorum circumsteterat poscebatque tempus evocandorum testium; reus ilico defendi postulabat, valuitque pecuniosa orbitate et senecta, quam ultra vitam eorum produxit, quorum ambitu evaserat.

53 Quietae ad id tempus res in Germania fuerant, ingenio ducum, qui pervulgatis triumphi insignibus maius ex eo decus sperabant, si pacem continuavissent. Paulinus Pompeius et L. Vetus ea tempestate exercitui praeerant. Ne tamen segnem militem

1. *Sulpicius Camerinus*, Consul suffectus 46 n. Chr. (CIL. V 5050 *M. Iunio Silano Q. Sulpicio Camerino cos. idibus Martis*) und Arvale (CIL. VI 2039 bis 2041). Er wurde 67 n. Chr. mit seinem Sohn getötet. Dio LXIII 18. Statt *Pompeium* hat die Hdschr. *Pomponium*. Aber es kann nicht zweifelhaft sein, daß dies *Pompeius Silvanus* ist, Consul suffectus 45 n. Chr. (Jos. Ant. XX 1, 2) und noch einmal nicht vor 74 (CIL. IV 2560 *ὑ(πάτων) Ταμπίου Φλαουιανοῦ Πομπείου Σιλουανοῦ β*), 69 u. 70 von Tac. H. II 86. III 50. IV 47 als Legat von Dalmatien (vgl. die dalmatische Inschrift CIL. III S. 9938, in der sein Vorname *M.* angegeben ist) und sonst erwähnt, 71—73 Curator aquarum (Frontin aq. 102). Sein afrikanisches Prokonsulat ist bezeugt durch die Inschrift aus Zian in Tunis CIL. VIII S. 11006.

absolvit Caesar durch seine Fürsprache im Senat: denn dieser war ihr ordentlicher Richter (s. zu I 73), und es ist nicht glaublich, daß der Kaiser ihm solche Sachen entzogen hätte.

4. *tempus evocandorum testium.* S. zu c. 43.

7. *ambitu* 'Bemühung', 'Verwendung', wie XVI 4, beim Kaiser und Senat, um ihn später zu beerben.

53. 8. *ad id tempus*, seit 50 n. Chr., in welchem Jahr Tac. zuletzt von Germanien geredet hat (XII 28), bis nicht genau in dieses, sondern wahrscheinlich das vorhergehende Jahr, in welches die c. 54 berichtete Ankunft des *Dubius Avitus* zu setzen sein wird. S. die Bemerkungen über die Zeit zu diesem und dem 55. Kap.

9. *pervulgatis triumphi insignibus*, durch Claudius. Suet. Claud. 24 *Triumphalia ornamenta Silano, filiae suae sponso, nondum puberi dedit, maioribus vero natu tam multis tamque facile, ut epistula communis legionum nomine extiterit, petentium, ut legatis consularibus simul cum exercitu et triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quaererent;* welches letztere nach Tac. XI 20 zu berichtigen ist.

10. *Paulinus Pompeius*, früher Consul suffectus in einem unbekannten Jahr, Schwiegervater oder Schwager des Seneca, war Befehlshaber des untern Heers. XV 18. 20. Plin. h. n. XXXIII 11, 143 *Pompeium Paulinum, Arelatensis, equitis Romani, filium paternaque gente pellitum, XII milia pondo argenti habuisse apud exercitum ferocissimis gentibus* (den Deutschen) *oppositum scimus.* Daß der *Paulinus*, an den Seneca die Schrift *de brevitate vitae* gerichtet hat, die wegen des c. 13, 8 über das *pomerium* Gesagten vor der Erweiterung durch Claudius 49 n. Chr. (Tac. XII 23) geschrieben sein muß und wahrscheinlich in demselben Jahre ge-

attinerent, ille inchoatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem coërcendo Rheno absolvit, Vetus Mosellam atque *Ararim* facta inter utrumque fossa conectere parabat, ut copiae per mare, dein Rhodano et Arare subvectae, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent, sublatisque itineris difficultatibus navigabilia inter se Occidentis Septentrionisque litora fierent. Invidit operi Aelius Gracilis, Belgicae legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienae provinciae inferret studiaque Galliarum affectaret, formidolosum id imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honesti.

54 Ceterum continuo exercituum otio fama incessit ereptum ius legatis ducendi in hostem. Eoque Frisii iuventutem saltibus aut paludibus, inbellem aetatem per lacus admovere ripae, agrosque vacuos et militum usui sepositos insedere, auctore Verrito et

schrieben ist, und der nach c. 18, 3 damals *praefectus annonae* war, der von Plinius erwähnte Vater unsers *Pompeius Paulinus* gewesen ist, ist nicht gewiß, aber wahrscheinlich. Der hier genannte kann es nicht gewesen sein, da man von einem so hohen Amt der ritterlichen Karriere nicht zur senatorischen überging und der Legat von Untergermanien spätetens 55 n. Chr. Konsul gewesen sein muß, wie die nächste Anm. zeigt. Hiermit stimmt, daß wir ihn auf der Bronzetafel von Cremona (Westd. Korr. VII p. 58) bereits im J. 56 als Legat in Niedergermanien finden. Über *L. Vetus*, den Legaten des obern Heers, zu XIII 11.

1. *ante tres et sexaginta annos.* Hieraus sehn wir, daß Tac. hier bis ins Jahr 55 n. Chr. zurückgeht, in welchem *L. Vetus* Konsul war, der noch in demselben Jahr (nachdem die *consules suffecti* angetreten) nach *Germania superior* gesandt wurde. Denn Drusus starb 9 v. Chr. (I 3). Im Jahr 56 finden wir schon den *Curtilius Mancia* als seinen Nachfolger (zu c. 56). Über den Damm H. V 19.

2. *Ararim*, die Saône. Auch Cäsar und Hirtius haben *Ararim* (b. G. I 12, 2. VII 89, 7), im Ablativ *Arari* (b. G. I 13, 1. 16, 3. VII 4, 3).

3. *copiae* 'die Vorräte', der Überfluß der westlichen Länder an Waren und Produkten. Denn Truppensendungen waren in größerer Menge nur äußerst selten, bei großen Gefahren nötig, da für gewöhnlich die am Rhein ständigen Heere ausreichten und sich an Ort und Stelle ergänzten.

mare, das Mittelländische.

5. *Oceanum.* Über das nicht wiederholte *in* zu II 68.

6. *navigabilis* wird sonst von den Gewässern, auch von der Jahreszeit gesagt.

7. *Belgica* hatte einen prätorischen *legatus Caesaris pro praetore.* Dieser Provinz gehörten beide Flüsse mit ihren Quellen (auf den Vogesen) und ihrem zu vereinigenden Laufe (*alienae provinciae*) an.

54. 12. *Frisii.* Vgl. XI 19.

saltibus aut paludibus, Ablativ des Weges = *per* mit dem Akk.; s. zu I 60 *finibus Frisiorum.*

13. *per lacus*, die jetzige Zuydersee, wie I 60. *Ripa*, das römische Rheinufer.

14. *militum usui sepositos.* Vgl. c. 55.

Malorige, qui nationem eam regebant, in quantum Germani regnantur. Iamque fixerant domos, semina arvis intulerant utque patrium solum exercebant, cum Dubius Avitus, accepta a Paulino provincia, minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos aut novam sedem a Caesare inpetrarent, perpulit Verritum et Malorigem preces suscipere. Profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea, quae barbaris ostentantur, intravere Pompei theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum consessum caveae, discrimina ordinum, quis eques, ubi senatus, percunctantur, advertere quosdam cultu externo in sedibus senatorum; et quinam forent, rogitantes, postquam audiverant earum gentium legatis id honoris datum, quae virtute et amicitia Romana praecellerent, nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse exclamant, degrediunturque et inter patres considunt. Quod comiter a visentibus exceptum, quasi impetus antiqui et bona aemulatione. Nero civitate Romana ambos donavit, Frisios decedere agris iussit. Atque illis aspernantibus auxiliaris eques repente immissus necessitatem attulit, captis caesisve, qui pervicacius restiterant.

1. *in quantum Germani regnantur*, worüber G. 11. 43. *Regnari*, wovon wie von *triumphari* zu XII 19, in Prosa auch Mela II 2, 6 *Rheso regnata quondam pars Thraciae.*

2. *fixerant domos.* G. 46 *domos figunt.*

3. *L. Dubius* (oder vielmehr *Duvius*) *Avitus* war früher prätorischer *legatus pro praetore* von Aquitanien gewesen. Plin. h. n. XXXIV 7, 47 (Zenodorus) *statuam Arvernorum cum faceret provinciae Dubio Avito praesidente, duo pocula Calamidis manu caelata, quae Cassio Salano* (s. Ovid ex P. II 5), *avunculo eius* (des Avitus), *praeceptori suo, Germanicus Caesar adamata donaverat, aemulatus est.* Er war Consul suff. in den letzten Monaten des J. 56 zusammen mit *Thrasea* (zu XIII 49). Herm. XII 128. CIL. X 826. Auch bezieht sich wahrscheinlich auf ihn die Inschrift aus Vasio im Lande der Vokontier (vermutlich seinem Geburtsort) CIL. XII 1354 ... *auguri, leg. pr. pr. exerc*[it.] *Germ. infer., leg. pro pr. provinciae Aquitanicae,* [p]*raetori.* Vergl. Add. 1378.

8. *Pompei theatrum*, auf dem Campus Martius. Vgl. III 23. 72. VI 45. XIV 20.

10. *quis eques, ubi senatus.* Die Senatoren saßen in der Orchestra, auf den 14 nächsten Sitzreihen die Ritter.

11. *advertere* für *animadvertere*, s. zu II 32.

15. *ante Germanos.* Sall. Cat. 53 *facundia Graecos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse;* öfter spätere, Tac. *ante alios*, wovon zu I 27; *se numerare ante Ciceronem* D. 6. Ebenso *post.*

16. *impetus antiqui* 'altbiedere Aufwallung', wie sie den unverderbten Menschen eigen war, Genetiv der Eigenschaft. Denselben Sinn hat der folgende Ablativ.

18. *aspernantibus* den Befehl des Kaisers.

55 Eosdem agros Ampsivarii occupavere, validior gens non modo sua copia, sed adiacentium populorum miseratione, quia pulsi a Chaucis et sedis inopes tutum exilium orabant. Aderatque iis clarus per illas gentes et nobis quoque fidus nomine Boiocalus, vinctum se rebellione Cherusca iussu Arminii referens, mox Tiberio, Germanico ducibus stipendia meruisse, et quinquaginta annorum obsequio id quoque adiungere, quod gentem suam dicioni nostrae subiceret. Quotam partem campi iacere, in quam pecora et armenta militum aliquando transmitterentur! Servarent sane receptus gregibus inter hominum famem, modo ne vastitatem et solitudinem mallent quam amicos populos. Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum et post Usiporum fuisse. Sicuti caelum deis, ita terras generi mortalium datas; quaeque vacuae, eas publicas esse. Solem inde suspiciens et cetera sidera vocans, quasi coram interrogabat, vellentne contueri inane solum: potius mare
56 superfunderent adversus terrarum ereptores. Et commotus his

55. 1. *Ampsivarii.* Sie hatten früher westlich der Ems gewohnt. Über die *Chauci* zu XI 16. 19.

3. *Aderat iis* 'es vertrat sie'.

clarus — fidus. Das Fehlen von *homo*, *vir* oder eines anderen Substantivs ist hier selbst in dieser Zeit auffällig und wohl nur so zu erklären, daß diese Worte ursprünglich als Apposition und *Boiocalus* als das eigentliche Subjekt gedacht ist, wiewohl das dann hinzugefügte *nomine* dies streng grammatisch nicht zuläßt. Vergl. zu II 74.

5. *rebellione Cherusca*, 9 n. Chr. I 3. 55. *Tiberius* hatte 9—11 n. Chr. (s. zu I 34), *Germanicus* 13—16 in Deutschland den Oberbefehl geführt. Die Worte *quinquaginta annorum obsequio* zeigen, daß diese Ereignisse ins J. 58 n. Chr. fallen. Über das Asyndeton *Tiberio, Germanico* zu XI 6.

8. *Quotam partem campi iacere* ist kurz gesagt für *quotam partem esse campi, qui sine cultu iaceret, in quam* etc.: 'ein wie geringer Teil des brach liegenden Feldes sei es, auf den —'.

9. *aliquando* wie c. 8.

10. *sane—modo ne* wie *sane — ne* XI 23.

11. *Chamavorum — fuisse.* Dies erwähnt er, um zu zeigen, daß der Landstrich schon früher beliebig von dem heranziehenden Volk besetzt worden sei. Über die Chamaven, einen Teil der Marser, s. zu I 50; über die Tubanten und Usiper zu I 51: die Usiper wohnten nordwestlich von Hessen am Rhein, die Tubanten nordöstlich von ihnen. Die Form *Usipi* (nicht *Usipii*), wofür Tac. nur I 51 *Usipetes* hat, ist auch am besten beglaubigt bei Martial VII 60, 3 *Sic leve flavorum valeat genus Usiporum.*

14. *publicas esse* 'gehören jedem', so daß sie jeder in Besitz nehmen könne. Sonst wird *publicus* von herrenlosen Dingen nur in dem Sinn gebraucht, daß sie Gemeingut sind, von jedem benutzt, aber von niemandem in Besitz genommen werden können.

solem suspiciens wie G. 10 *caelum suspiciens.*

56. 16. *commotus.* Seine Rührung zeigt sich darin, daß er sie durch Gründe zu bewegen sucht, sich in das Unvermeidliche zu fügen. Über das fehlende Verbum dicendi zu I 9.

Avitus, patienda meliorum imperia: id dis, quos inplorarent, placitum, ut arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent, neque alios iudices quam se ipsos paterentur. Haec in publicum Ampsivariis respondit; ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiae daturum agros. Quod ille ut proditionis pretium aspernatus, addidit Deesse nobis terra, ubi vivamus; in qua moriamur, non potest. Atque ita infensis utrimque animis discessum. Illi Bructeros, Tencteros, ulteriores etiam nationes socias bello vocabant. Avitus scripto ad Curtilium Manciam, superioris exercitus legatum, ut Rhenum transgressus arma a tergo ostenderet, ipse legiones in agrum Tencterum induxit, excidium minitans, ni causam suam dissociarent. Igitur absistentibus his pari metu exterriti Bructeri; et ceteris quoque aliena pericula deserentibus sola Ampsivariorum gens retro ad Usipos et Tubantes concessit. Quorum terris exacti cum Chattos, dein Cheruscos petissent, errore longo hospites, egeni, hostes in alieno quod iuventutis erat caeduntur; inbellis aetas in praedam divisa est.

1. *meliorum*, d. h. der Stärkern.

4. *Ampsivariis respondit* durch den Boiocalus, der in ihrem Namen verhandelte; deshalb kann im folgenden bloß *respondit* gedacht und *ipsi Boiocalo* mit *daturum* verbunden werden, da sich von selbst versteht, daß dies dem Boiocalus speziell (*privatim*) geantwortet ward. *In publicum* 'im allgemeinen', als Volk. *Amicitiae* mit den Römern.

6. *Deesse* usw. Wie hier aus *non potest* zum ersten Gliede *potest* ergänzt wird, ebenso XII 64 *quae filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat* aus dem letzten Wort *quibat*. Vgl. Cic. Acad. II 126 *an Stoicis ipsis inter se disceptare, mihi cum his non licebit?*

7. *Atque ita — discessum.* A. 27 *atque ita irritatis utrimque animis discessum.*

Bructeros zwischen Lippe und der obern Ems, *Tencteros* im Westen derselben, im Norden der Usiper am Rhein, Köln gegenüber. S. zu I 51. 60.

8. *socias bello* sind zu verbinden und stehn appositionell in näherer Beziehung zum Verbum: 'als Genossen', 'zur Teilnahme am Krieg'.

9. *T. Curtilius Mancia*, Consul suff. im Dezember wahrscheinlich 55 nach den Arvalakten CIL. VI 2037; vgl. Herm. XII 127. Nach Phlegon de reb. adm. c. 27 kommandierte er schon 56 n. Chr. in *Germania superior: ἐν Γερμανίᾳ ἐν τῷ στρατῷ τῶν Ῥωμαίων, ὃς ἦν ὑπὸ Τίτῳ Κουρτιλίῳ Μαγκίᾳ — ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοίντου Οὐολουσίου Σατορνίνου καὶ Ποπλίου Κορνηλίου Σκιπίωνος*. Auch Plin. ep. VIII 18, 4 erwähnt ihn.

13. *sola* 'vereinsamt'.

15. *Chattos.* Über ihre Wohnsitze zu XII 27. Über die Cherusker zu XI 16.

16. *hospites, egeni, hostes.* Die Steigerung ihres Unglücks bestand darin, daß sie, anfangs gastlich aufgenommen, dann ohne Unterstützung gelassen, mittellos waren, zuletzt als Feinde behandelt wurden. *In alieno* gehört zu *caeduntur* und wird hinzugefügt, obwohl es schon aus dem Vorigen hervorgeht, um das Unglück der Ampsivarier in allen seinen Momenten zu vergegenwärtigen. Sie gingen übrigens nicht zugrunde, sondern erscheinen später wieder unter den Franken.

57 Eadem aestate inter Hermunduros Chattosque certatum magno proelio, dum flumen gignendo sale fecundum et conterminum vi trahunt, super libidinem cuncta armis agendi religione insita, eos maxime locos propinquare caelo precesque mortalium a deis nusquam propius audiri. Inde indulgentia numinum illo in amne illisque silvis salem provenire, non ut alias apud gentes eluvie maris arescente unda, sed super ardentem arborum struem fusa, ex contrariis inter se elementis, igne atque aquis, concretum. Sed bellum Hermunduris prosperum Chattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto

57. 1. *Hermunduros* in Thüringen und Franken. Der im folgenden genannte Fluß ist entweder die Werra, noch heute der Grenzfluß zwischen Thüringen und Hessen (den Chatten), an dem jetzt Salinen in Salzungen sind, oder die fränkische Saale, ebenfalls nahe der hessischen Grenze, wo jetzt in Kissingen Salinen sind. Übrigens ist nicht an Bereitung von Salz aus dem Flusse selbst zu denken, sondern nur aus Quellen und Brunnen in der Nähe desselben. Daher auch hernach der Zusatz *illisque silvis.* Kein deutscher Fluß ist so reich an Kochsalz, daß es sich selbst bei unsern vortrefflichen Mitteln aus ihm darstellen ließe.

2. *gignendo sale.* Über das Gerundivum zu VI 23.

5. *propius* 'mehr aus der Nähe'; s. zu II 70. An eine Erhöhung des Bodens, wie Berge, ist hier nicht zu denken.

6. *non ut alias — concretum.* Diese Worte gehören nicht mehr zur or. obl., sondern sind ein Zusatz des Schriftstellers.

eluvie maris 'infolge des Anspülens des Meers'. Plin. h. n. XXXI 7, 74 *Aliud genus* (salis) *ex aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis litoribus ac scopulis relicta; hic omnis sole densatur.*

7. *super ardentem arborum struem fusa*, von denen, welche das Salz bereiten, vermittelst Röhren und Kanäle. Plin. h. n. XXXI 7, 82 *Galliae Germaniaeque ardentibus lignis aquam salsam infundunt.* Bei Varro de re rust. I 7, 8 *In Gallia transalpina intus ad Rhenum cum exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, ubi salem nec fossicium nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis carbonibus salsis pro eo uterentur*, scheint von einer Gewinnung des Salzes aus Holz die Rede zu sein, die Plinius a. a. O. § 83 auch aus Hispanien berichtet, wobei aber ebenfalls salzhaltiges Wasser in Anwendung kam. Die von Tac. angegebene Theorie über die Entstehung des Salzes wird jetzt keinen irre führen. Das Salz blieb, wie beim Kochen in unsern Salinen, nach Verdampfung des Wassers auf den Kohlen zurück. Freilich ist diese Bereitung so mühselig und wenig ausgiebig, daß man vermuten könnte, die wenigen Römer, die in die deutschen Salinen kamen, haben die über oder in den Scheiterhaufen befindlichen Siedepfannen übersehn, wenn nicht Plinius a. a. O. aus dem ihnen so bekannten Hispanien dieselbe Bereitung berichtete, und das Salzsieden ihnen nicht schon aus Chaonien bekannt gewesen wäre (Plin a. a. O. § 82).

10. *victores*, d. h. beide Teile für den Fall des Siegs, wie III 45 *quam decora victoribus libertas, quanto intolerantior servitus iterum victis*, VI 34 *plus decoris victores, aut si terga darent, flagitii atque*

equi viri, cuncta viva occidioni dantur. Et minae quidem hostiles in ipsos vertebant. Sed civitas Ubiorum socia nobis malo inproviso afflicta est. Nam ignes terra editi villas arva vicos passim corripiebant, ferebanturque in ipsa conditae nuper coloniae moenia. Neque extingui poterant, non si imbres caderent, non fluvialibus aquis aut quo alio umore, donec inopia remedii et ira cladis agrestes quidam eminus saxa iacere, dein resistentibus flammis propius suggressi ictu fustium aliisque verberibus ut feras absterrebant. Postremo tegmina corpori derepta iniciunt, quanto magis profana et usu polluta, tanto magis oppressura ignes.

Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quae octingen- 58

periculi laturos, XII 20 *modicam victoribus laudem, ac multum infamiae, si pellerentur*, 29 *subsidio victis et terrorem adversus victores*, H. II 1 *offensam haud dubiam victoris, sed incerta adhuc victoria* usw. Über die Sache vgl. Cäs. b. G. VI 17, 3 von den Galliern *Huic* (Marti), *cum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque devovent: cum superaverunt, animalia capta immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet; neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud se occultare aut posita tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.* Über den Mars und Merkur der Deutschen, Tiu und Wuotan, G. 9.

1. *viva.* Die Hdschr. *victa*; aber solches gibt es außer den schon erwähnten *viri* nicht, und nur auf lebende Wesen (*animalia* bei Cäsar) paßt *occidioni dantur.*

hostiles 'unserer Feinde', wie der folgende Gegensatz *civitas Ubiorum socia nobis* zeigt. Die Drohungen, welche sie gegeneinander ausgestoßen hatten, brachten nur ihnen selbst Schaden.

2. *Ubiorum*, deren Hauptstadt Köln. Sie lag neben der dorthin geführten Kolonie (XII 27).

3. *ignes terra editi.* An vulkanisches Feuer oder Gasaushauchungen verbietet die Beschaffenheit des Bodens zu denken; ~~wohl aber kann~~ es, da um Köln viele Torfmoore sind, ein durch Menschenhand herbeigeführter Moorbrand gewesen sein, der sich dann zu einem Grasbrand ausdehnte. Denn daß der letztere jedenfalls anzunehmen ist, zeigt die Erwähnung der *villae arva vici.*

7. *resistentibus flammis* 'da die Flammen stillstanden'. Steinhaufen könnten das Feuer wohl aufgehalten haben, wenn man sie nur schnell genug in genügender Ausdehnung hätte aufführen können. Den übrigen Mitteln schrieb nur der Aberglaube eine Wirkung zu, während das Feuer aus Mangel an Nahrung erlosch.

58. 11. *in comitio*, am Forum, wohin der Baum auf Geheiß des Augurs Attus Navius vom Germalus am Palatin (Varro de l. l. V § 54) versetzt sein sollte. Plin. h. n. XV 18, 77 *Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio, ante Romam nata, sacra fulguribus ibi conditis magisque ob memoriam eius, quae nutrix Romuli ac Remi conditores imperii in Lupercali* (am Palatin) *prima protexit; ruminalis appellata, quoniam sub ea inventa est lupa infantibus praebens rumim (ita vocabant mammam), miraculo ex aere iuxta*

tos et triginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat; mortuis ramalibus et arescente trunco deminutam prodigii loco habitum est, donec in novos fetus revivisceret.

dicato (das Bild der die Kinder säugenden Wölfin); *Navia* (nämlich *appellata*), *tamquam in comitium sponte transisset Atto Navio augurante; nec sine praesagio aliquo arescit rursusque cura sacerdotum seritur.* Vgl. Fest. 168. 270 Müll.

1. *triginta.* Die Hdschr. *quadraginta,* wonach Romulus und Remus bei der Gründung Roms 30 Jahre alt gewesen sein müßten. Die allgemeine Sage aber setzte diese in ihre erste Jugend, um das 18te Lebensjahr; und daß Tac. hiervon abgewichen wäre, ist durchaus unwahrscheinlich. Dionys I 79. Liv. I 4.

Remi Romulique in ungewöhnlicher Anordnung. Die gewöhnliche hat Plinius a. a. O., Livius I 6, 3 etc.

2. *deminutam* ʻverstümmeltʻ.

LIBER QUARTUS DECIMUS.

Gaio Vipstano *C.* Fonteio consulibus diu meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia et flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium et discidium Octaviae incolumi Agrippina haud sperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incusare principem et pupillum vocare, qui iussis alienis obnoxius non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias suas? Formam scilicet displicere et triumphales avos. An fecunditatem et verum animum? Timeri, ne uxor saltem iniurias patrum, iram populi adversus superbiam avaritiamque matris aperiat. Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, redderetur ipsa Othonis coniugio. Ituram quoquo terrarum, ubi audiret potius contumelias imperatoris quam viseret periculis eius inmixta. Haec atque talia lacrimis et arte adulterae penetrantia nemo

1. Die Arvalakten CIL. VI 2041 *C. Vipstano Aproniano C. Fonteio Capitone cos.*, CIL. X 1504 *ἐπὶ ὑπάτων Γ. Οὐειψτανοῦ Ἀπρωνιανοῦ καὶ Γ. Φοντεΐου Καπίτ(ωνος).* Der erstere wird als sehr eifriger Arvale bis zu seinem Tode 86 n. Chr. erwähnt. CIL. VI 2039—2064. Er war 69 n. Chr. Prokonsul von Africa. H. I 76. Vgl. zu XI 23. Über *Fonteius Capito*, Sohn des IV 36 genannten, vgl. H. I 7. 35. 52. 58. III 62. IV 13.

2. *coalescere* in der Bedeutung 'erstarken' hat auch Livius XXVI 40, 18 *in insula tum primum nova pace coalescente,* XXIX 31, 4 *coalescens regnum.* Das Partizipium *coalitus* kommt aber zuerst bei Tac. vor, außer hier noch XIII 26. H. IV 55.

4. *incolumi* 'bei Lebzeiten'. Nur dies bezeichnet *incolumis.* B. Afr. 70, 5 *omnes suos ad unum in castra incolumes, sauciis decem factis, reduxit.* Ebenso III 56. IV 7. 71. V 3. VI 51. XIV 8. 64. XV 24. H. III 66. Suet. Oth. 12 *incolumem — mortuum; incolumitas* XI 33. XII 68. XV 60. 61. 73. XVI 14. 22.

8. *triumphales avos*, der Plural oratorisch von einem, dem Poppäus Sabinus (XIII 45), wie c. 11 *classes,* A. 5 *incensae coloniae,* XV 14 *Lucullos Pompeios* und öfter.

9. *uxor* 'sie als Gattin'.

iniurias patrum, da Agrippina ihren Einfluß beim Kaiser zum Verderben von Senatoren anwende. Vgl. c. 11 *pericula viris illustribus struxisset.* Über *avaritiam matris* zu XII 7.

prohibebat, cupientibus cunctis infringi potentiam matris et cre-
2 dente nullo usque ad caedem eius duratura filii odia. Tradit Cluvius ardore retinendae Agrippinam potentiae eo usque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret *se* saepius temulento comptam et incesto paratam; iamque lasciva oscula et praenuntias flagitii blanditias adnotantibus proximis, Senecam contra muliebris inlecebras subsidium a femina petivisse, inmissamque Acten libertam, quae simul suo periculo et infamia Neronis anxia deferret pervulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. Fabius Rusticus non Agrippinae, sed Neroni cupitum id memorat eiusdemque libertae astu disiectum. Sed quae Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat, seu concepit animo tantum inmanitatis Agrippina, seu credibilior novae libidinis meditatio in ea visa est, quae puellaribus annis stuprum cum *M.* Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta et exercita ad omne flagitium patrui nuptiis.

3 Igitur Nero vitare secretos eius congressus, abscedentem in hortos aut Tusculanum vel Antiatem in agrum laudare, quod

2. *duratura* 'sich verhärten werde'; s. zu I 6.

2. 3. Über *Cluvius* Einl. S. 29. *retinendae Agrippinam potentiae* Beispiele ähnlicher Wortverschiebung zu I 67.

8. *Acten*, von der XIII 12.

10. *profani* 'eines ruchlosen', der gegen die heiligen Gesetze der Blutsverwandtschaft gefrevelt. II 85 *profanos ritus*. H. V 5 *profanos, qui deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant*. Ovid Met. VIII 840 *Erysichthonis ora profani*. XI 413 *Nam templa profanus Invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas*.

11. *Fabius Rusticus*, über den Einl. S. 29.

12. *disiectum* 'vereitelt', 'hintertrieben', wie schon bei Vergil und Livius.

13. *fama huc inclinat*. Dieselben Worte H. I 42.

16. *M. Lepido*. Der Vorname fehlt gegen die Gewohnheit des Tac. in der Hdschr. wegen des vorhergehenden *m*. M. Aemilius Lepidus, ein Sohn, wie es scheint, des gleichnamigen Konsuls 6 n. Chr., von dem zu III 72, wo auch seine nahe Verwandtschaft mit dem Kaiserhause gezeigt ist, der Geliebte des Caligula, hatte sich mit Lentulus Gaetulicus (s. zu VI 30) gegen Caligula verschworen und wurde 40 n. Chr. getötet; Agrippina wegen ihres Verhältnisses zu ihm verbannt. Suet. Cal. 24. 36. Claud. 9. Dio LIX 11. 22. Sen. ep. 4, 7. Über ihr Verhältnis zu *Pallas* XII 25; über *exercita ad omne flagitium patrui nuptiis* Einl. S. 36.

17. *admittere* 'sich zu Schulden kommen lassen', wie XI 4 *admissa Poppaeae*, XIV 40 *scelera admissa sunt* ('begangen'), Cic. de off. III 91 *taetrum facinus admittere* und oft.

3. 20. *aut — vel*, weil nur zwei Glieder sind, das zweite wieder zweiteilig wie H. II 76 *ne contra Gai quidem aut Claudii vel Neronis*, und XIV 33 *inbellis sexus aut fessa aetas vel loci dulcedo*,

otium capesseret; postremo, ubicumque haberetur, praegravem ratus, interficere constituit, hactenus consultans, veneno an ferro vel qua alia vi. Placuitque primo venenum. Sed inter epulas principis si daretur, referri ad casum non poterat tali iam Britannici exitio; et ministros temptare arduum videbatur mulieris usu scelerum adversus insidias intentae; atque ipsa praesumendo remedia munierat corpus. Ferrum et caedes quonam modo occultaretur, nemo reperiebat; et ne quis illi tanto facinori delectus iussa sperneret, metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus, classi apud Misenum praefectus et pueritiae Neronis educator ac mutuis odiis Agrippinae invisus. Ergo navem posse componi docet, cuius pars ipso in mari per artem soluta effunderet ignaram. Nihil tam capax fortuitorum quam mare; et si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum, ut sceleri adsignet, quod venti et fluctus deliquerint? Additurum principem defunctae templum et aras et cetera ostentandae pietati.

XV 38 *domus munimentis saeptae vel templa muris cincta aut quid aliud*, D. 28 *nec aut tibi ipsi aut huic Secundo vel huic Apro*, in welchen drei Stellen das erste Glied zweiteilig ist, gleich hernach *veneno an ferro vel qua alia vi*, H. II 41 *insidias an proditionem vel aliquod honestum consilium*. Vgl. zu I 13. Ebenso *sive — sive — an*, von dem zu XI 26. Auch XIV 7 *sive servitia armaret vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet*. Mehr über Wechsel in der Verbindung der Glieder zu I 11.

Tusculum, beim jetzigen Frascati nahe bei Rom, über *Antium* zu c. 4.

2. *hactenus* ‘nur darüber’, wie c. 51. XV 60. XVI 15 und oft.

5. *ministros temptare*, um ihr das Gift in ihrem Hause zu geben.

mulieris steht am Ende wegen des folgenden Zusatzes.

7. *Ferrum et caedes*. Nach dem speziellen Wort wird das allgemeine hinzugefügt, um die übrigen Arten gewaltsamen Todes zu bezeichnen (oben *ferro vel qua alia vi*); s. zu XIII 42 *testamenta et orbos*.

9. *metuebat*, Nero.

Obtulit ‘da bot an’. Dieselbe Wirkung hat die Voranstellung des Verbums H. IV 25 *conscendit tribunal Vocula* und sonst oft. Vgl. auch A. 8 *habuerunt virtutes spatium exemplorum* (‘jetzt hatten’). H. IV 76 *diremit consiliorum diversitatem — Classicus* (‘endlich schlichtete’). Sehr häufig dient die Voranstellung des Verbums dem Bedürfnis des Gegensatzes, z. B. H. I 89 *fuere qui proficiscenti Othoni moras — adferrent: aspernatus est omnem cunctationem ut Neroni quoque exitiosam*.

ingenium wie XII 66.

10. *classi apud Misenum*, von der IV 5. *Apud* ‘zu’ (zu I 5).

11. *ac mutuis odiis Agrippinae invisus* = et Agrippinae invisus, ita tamen ut mutua essent odia.

13. *ignaram* ‘die Ahnungslose’, wie XI 35.

15. *Additurum* mit dem Gedanken ‘nach dem vorher Berichteten’: *defunctae* hängt nicht davon ab, obwohl es dazu gehört als Dativ der Bestimmung ‘für die Verblichene’. Ebenso II 65 *sanciendo foederi convivium adicit*. XII 41 *Additum donativum militi, congiarium ple-*

4 Placuit sollertia, tempore etiam iuta, quando Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat. Illuc matrem elicit, ferendas parentium iracundias et placandum animum dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret acciperetque Agrippina facili feminarum credulitate ad gaudia. Venientem dehinc obvius in litora (nam Antio adventabat) excepit manu et complexu ducitque Baulos. Id villae nomen est, quae promunturium Misenum inter et Baianum lacum flexo mari alluitur. Stabat inter alias navis ornatior, tamquam id quoque honori matris daretur: quippe sueverat triremi et classiariorum remigio vehi. Ac tum invitata ad epulas erat, ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit extitisse proditorem, et Agrippinam auditis insidiis, an

bei. XV 44 *petita dis piacula.* H. IV 4 *Adduntur Primo Antonio consularia, Cornelio Fusco et Arrio Varo praetoria insignia.* Liv. I 20, 2 *huic* (*Iovis flamini,* direkter Dativ) *duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino.* Dagegen gehört *ostentandae pietati* unmittelbar zu *cetera* 'das übrige zum Beweis der Liebe Geeignete', wie H. III 20 *cetera expugnandis urbibus* und *cetera usui,* 70 *fratris domum imminentem foro et inritandis hominum oculis.* IV 48 *legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus.*

4. 1. *Quinquatruum*, Fest der Minerva, am 19ten März und den folgenden 4 Tagen. Über *Baiae* zu XI 1.

2. *frequentare*, 'begehn', auch von einer Person, die bei einer Gelegenheit in größerer Gesellschaft erscheint. XV 35 *munus frequentanti Neroni* ('besuchen'). Ovid Met. III 581 *morisque novi cur sacra frequentes.* Plin. ep. I 9, 2 *sponsalia aut nuptias frequentavi.* Suet. Tib. 32 *quorundam illustrium exequias usque ad rogum frequentavit.*

3. *placandum animum*, seinen eignen.

4. *acciperetque* usw. 'und Agrippina es (das Gerücht) aufnähme mit der für Freudiges leicht erregten Gläubigkeit der Frauen'. *Facili credulitate* auch XV 11.

6. *Antium* in Latium am Meer, jetzt Porto d'Anzo. Sie kam von ihrem dortigen Landgut (c. 3).

manu 'Händedruck'.

ducitque Baulos. In Bauli wohnte sie, der Kaiser in Bajä, und hierhin war sie zur Tafel geladen. In Bauli fand sie das zum Schiffbruch vorbereitete Schiff (*stabat inter alias navis ornatior*), das ihr für die Zeit ihres Besuchs zur Disposition gestellt wurde. Sie benutzte es, weil sie gewarnt wurde, nicht auf dem Wege zur Tafel nach Bajä (*gestamine sellae Baias pervectam*), wohin es ihr folgte, wohl aber für die Rückkehr, für die auch erst die Ausführung des Verbrechens bestimmt war.

7. *villae* Genetiv; s. zu XV 59.

8. *Baianum lacum*, jetzt Golf von Pozzuoli, verschieden von dem c. 5 genannten südlich angrenzenden Strandsee *lacus Lucrinus. Flexo mari* ins Land, 'von einer Bucht des Meers'.

10. *sueverat triremi — vehi,* was seit ihrer Entfremdung mit dem Kaiser abgekommen war. Angekommen war sie auf einer *liburnica.* Suet. Ner. 34. Über *suescere* zu II 52.

11. *Satis constitit* wie XIII 35.

12. *auditis insidiis* 'nachdem sie von dem Attentat gehört'; s. zu IV 23.

crederet, ambiguam, gestamine sellae Baias pervectam. Ibi blandimentum sublevavit metum: comiter excepta superque ipsum collocata. Iam pluribus sermonibus modo familiaritate iuvenili Nero et rursus adductus, quasi seria consociaret, tracto in longum convictu, prosequitur abeuntem, artius oculis et pectore haerens, sive explenda simulatione, seu periturae matris supremus aspectus quamvis ferum animum retinebat.

5 Noctem sideribus illustrem et placido mari quietam, quasi convincendum ad scelus, dii praebuere. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus, ex quis Crepereius Gallus haud procul gubernaculis astabat, Acerronia super pedes cubitantis reclinis paenitentiam filii et recuperatam matris gratiam per gaudium memorabat, cum dato signo ruere tectum loci multo plumbo grave; pressusque Crepereius et statim exanimatus est: Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus ac forte validioribus, quam ut oneri cederent, protectae sunt. Nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus, et quod plerique ignari etiam conscios impediebant. Visum dehinc remigibus unum in latus inclinare atque ita navem submergere. Sed neque ipsis promptus in rem subitam consen-

1. *gestamen sellae* ist hier wegen *pervectam* wohl als Fahrstuhl zu denken, wie *gestamen* XI 33 ein Wagen ist; zum Tragen II 2 *lecticae gestamine:* unbestimmt XV 57, wie hier, *gestamine sellae.*

3. *iam.* Da schon die Worte *comiter — collocata* (nämlich *est*) das *blandimentum* erklären, so kann nicht fortgefahren werden *Nam pluribus* usw., wie die Hdschr. hat, sondern es muß *Iam* heißen: 'dann', 'weiter'.

pluribus 'durch immer mehr'; so auch H. I 1 *pluribus modis* und vielleicht Ann. I 32 *plurium vecordia.*

4. *adductus* 'gehalten' (zu XII 7).

5. *oculis et pectore haerens,* d. i. intuens et amplectens. Verg. Aen. I 717 *haec oculis, haec pectore toto haeret.*

6. *explenda simulatione* 'indem er die Heuchelei durchführte', wenn Tac. nicht den Dativ gesetzt hat; s. zu III 19.

5. 12. *Acerronia,* wahrscheinlich die Tochter des VI 45 genannten Konsuls des Jahrs 37 n. Chr. *Cn. Acerronius.* Sie saß auf einem niedrigen Sessel am Fußende des Sopha und hatte sich mit ihrem Oberkörper über die Füße der Agrippina gelehnt.

14. *loci,* des Platzes, wo sie sich befanden. Es war eine Kajüte auf dem Verdeck.

pressus 'niedergedrückt', wie c. 64 u. XV 64 *premunt sanguinem* ('drängen zurück'), XVI 9 *premi a militibus iubet,* H. III 77 (naves) *nimio ruentium onere pressas,* IV 2 *paucos erumpere ausos circumiecti pressere,* und öfters übertragen 'zurückdrängen', 'niederhalten', I 4. III 6. 11. VI 50. XII 32. XIII 16. H. IV 72.

15. *eminentibus lecti parietibus,* den Lehnen des Sopha.

18. *plerique* 'sehr viele' (zu III 1).

19. *inclinare* 'sich legen'.

sus, et alii contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare iactus. Verum Acerronia, inprudentia dum se Agrippinam esse, utque subveniretur matri principis, clamitat, contis et remis et, quae fors obtulerat, navalibus telis conficitur. Agrippina silens, eoque minus agnita, unum tamen vulnus umero excepit: nando, deinde occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vecta, villae
6 suae infertur. Illic reputans ideo se fallacibus litteris accitam et honore praecipuo habitam, quodque litus iuxta non ventis acta, non saxis inpulsa navis summa sui parte veluti terrestre machinamentum concidisset; observans etiam Acerroniae necem, simul suum vulnus aspiciens, solum insidiarum remedium esse, si non intellegerentur; misitque libertum Agermum, qui nuntiaret filio benignitate deum et fortuna eius evasisse gravem casum; orare, ut quamvis periculo matris exterritus visendi curam differret; sibi ad praesens quiete opus. Atque interim securitate simulata medicamina vulneri et fomenta corpori adhibet; testamentum Acerroniae requiri bonaque obsignari iubet, id tantum non per simulationem.

7 At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti affertur evasisse ictu levi sauciam et hactenus adito discrimine, *ne* auctor

1. *alii contra nitentes*, eben die nicht Eingeweihten (*ignari*).

2. *inprudentia.* Sie durchschaute nicht, daß es auf einen Mord der Agrippina abgesehen sei, sondern glaubte gerade eher gerettet zu werden, wenn man sie für die Mutter des Kaisers hielte. Über die Stellung von *dum* zu XII 51.

4. *quae fors obtulerat — telis.* Ähnlich H. IV 1. Val. Max. II 4, 5 *quae fors obtulerat, nutrimentis.*

6. *villae suae*, dem oben genannten *Bauli.*

6. 8. *iuxta* ist die, wie oft, nachgestellte Präposition. Über *summa sui parte* zu XII 37.

9. *terrestre* 'auf dem Lande', was auf fester Grundlage steht.

10. *observans*, 'sich vor Augen haltend'.

11. *solum — remedium esse.* Zu diesem Gedanken der Agrippina ist das Verbum finitum in der Lebhaftigkeit der Darstellung ausgelassen, wie das Verbum dicendi c. 7 bei *quod contra subsidium sibi?* und c. 8 bei *ac si ad visendum* usw. Vgl. zu I 9.

si non intellegerentur für 'wenn man sich stelle, als verstehe man sie nicht, als sehe man nicht, daß es auf Mord abgesehn gewesen'. Ähnliche Stellen zu I 11 *si intellegere viderentur.*

12. *Agermum.* Dieser Name ist durch zwei stadtrömische Inschriften (CIL. VI 17091. 19897) sicher gestellt. Auch Suet. Nero 34 heißt dieser Freigelassene der Agrippina nach der guten Überlieferung *L. Agermus.*

17. *non per simulationem*, sondern aus angeborener Habsucht, von der zu XII 7.

7. 20. *ne* bezeichnet die Bestimmung des Schicksals, wie nach den Verben, welche ein Geschehn bezeichnen, auf die auch *ut non* folgen kann, wie wir immer und auch hier 'daß nicht' setzen.

auctor dubitaretur statt *de auctore dubitaretur* ist außer mit dem Neutrum eines Pronomens oder

dubitaretur. Tum pavore exanimis et iam iamque affore obtestans vindictae properam, sive servitia armaret vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet, naufragium et vulnus et interfectos amicos obiciendo, quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrus et Seneca; quos statim acciverat, incertum, an aperiens, et ante ignaros. Igitur longum utriusque silentium, ne irriti dissuaderent, an eo descensum credebant, *ut*, nisi praeveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca hactenus promptius, *ut* respiceret Burrum ac sciscitaretur, an militi imperanda caedes esset. Ille praetorianos toti Caesarum domui obstrictos memoresque Germanici nihil adversus progeniem eius atrox ausuros respondit: perpetraret Anicetus promissa. Qui nihil cunctatus poscit summam sceleris. Ad eam vocem Nero illo sibi die dari imperium auctoremque tanti mu-

zählenden Adjektivs (Madvig § 229) dichterischer und späterer Sprachgebrauch. Ovid. Met. VI 208 *An dea sim dubitor;* ex Ponto II 4, 3 *Attice, iudicio non dubitande meo.* Stat. Silv. I 4, 3 *dubitataque sidera cernit.*

1. *obtestans* wie XII 5. Die Worte *sive — obiciendo* gehören zu *quod contra subsidium sibi?* Über das dort ausgelassene Verbum finitum zu c. 6.

5. *nisi quid — Seneca.* Das Verbum (wie *invenirent, excogitarent*) wird leicht aus dem Zusammenhang ergänzt, wie gleich *agere* bei *promptius* u. c. 8 *veniret* bei *quod nemo a filio.* Vgl. zu IV 57. Die Hdschr. fügt nach diesen Worten *expergens* hinzu und hat hernach *incertum an et ante ignaros*, unsinnig, als ob sie vorher etwas von der Sache gewußt haben und jetzt doch nichts davon wissen könnten. Wir haben also *expergens* in *aperiens* geändert und umgestellt. *Aperiens* steht absolut ('Entdeckung machend'), und es wird das gedacht, was allein verborgen sein konnte, daß das Unglück der Agrippina Folge eines von Nero angestifteten Mordversuchs sei: ähnlich *sciscitata* XV 51. Er konnte sehr gut die Sache so darstellen, daß der Unfall ein zufälliger sei, Agrippina ihn aber als absichtlich betrachten und sich zu rächen suchen werde. In der weitern Erzählung folgt Tac. der Meinung, daß dem Seneca und Burrus alles eröffnet wurde, wie die Worte *perpetraret Anicetus promissa* zeigen. Ein ähnlicher Fall ist I 13 (auch das zu XV 23. XVI 3 Bemerkte gehört dahin), und hier konnte es um so eher geschehn, da *incertum an* öfter affirmativ ist, wie XI 18. XV 64. Übersetze: 'man weiß nicht ob sich entdeckend; vorher waren sie nicht eingeweiht'.

6. *Igitur*, weil sie vorher nicht eingeweiht, also jetzt überrascht waren.

7. *an — esset*, so daß sie nur deshalb schwiegen, weil sie sich scheuten, aus ihrer Überzeugung die Konsequenz zu ziehen, d. h. die Tat anzuraten; *an* = *an quod*, wie oft nach *non quo* (*quod*) *sed* statt *sed quod* (*quia*) folgt.

10. *militi*, den Prätorianern. Ein Teil derselben begleitete den Kaiser, auch kaiserliche Prinzen, außerhalb Rom. II 16. XIV 10. 11. H. I 23.

11. *domui.* Denn der militärische Eid gilt nicht bloß dem Kaiser selbst, sondern dem ganzen Kaiserhause.

13. *summam* 'die Oberleitung', wie H. I 87 *Summa expeditionis An-*

neris libertum profitetur; iret propere duceretque promptissimos ad iussa. Ipse audito venisse missu Agrippinae nuntium Agermum, scaenam ultro criminis parat, gladiumque, dum mandata perfert, abicit inter pedes eius, tum quasi deprehenso vincla inici iubet, ut exitium principis molitam matrem et pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse confingeret.

8 Interim vulgato Agrippinae periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad litus. Hi molium obiectus, hi proximas scaphas scandere; alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere; questibus votis, clamore diversa rogitantium aut incerta respondentium omnis ora compleri; adfluere ingens multitudo cum luminibus, atque ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum sese expedire, donec aspectu armati et minitantis agminis deiecti sunt. Anicetus villam statione circumdat refractaque ianua obvios servorum abripit, donec ad fores cubiculi veniret; cui pauci adstabant, ceteris terrore inrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat et ancillarum una, magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio ac ne Agermus quidem: aliam fore laetae rei faciem, nunc solitudinem ac repentinos strepitus et extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla Tu quoque me deseris? prolocuta, re-

tonio Novello — permissa. II 33 *summae rerum et imperii se ipsum reservaret.* IV 25 *consensu ducem Voculam poscentibus Flaccus summam rerum ei permisit.*

3. *mandata perferre*, hier nicht 'seinen Auftrag überbringen' (denn er war ja schon da), sondern 'ausrichten'; ebenso I 26.

4. *deprehenso* und *deprehensi*. Über die Wiederholung zu I 81.

8. 7. Die Darstellung kehrt zum Ende von c. 5 zurück.

8. *molium obiectus* 'die vorliegenden Dämme'. Diese befanden sich zwischen dem Lukriner See und dem Meer. Strabo V 4, 6 *ὁ Λοκρῖνος κόλπος πλατύνεται μέχρι Βαϊῶν, χώματι εἰργόμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης ὀκτασταδίῳ τὸ μῆκος, πλάτος δὲ ἁμαξιτοῦ πλατείας.*

remigesque exoleti per aetates et scientiam libidinum componebantur. Volucres et feras diversis e terris et animalia maris Oceano ab usque petiverat. Crepidinibus stagni lupanaria astabant illustribus feminis completa, et contra scorta visebantur nudis corporibus. Iam gestus motusque obsceni; et postquam tenebrae incedebant, quantum iuxta nemoris, et circumiecta tecta consonare cantu et luminibus clarescere. Ipse per licita atque inlicita foedatus nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege (nomen Pythagorae fuit) in modum sollemnium coniugiorum denupsisset. Inditum imperatori flammeum, missi auspices; dos et genialis torus et faces nuptiales, cuncta denique spectata, quae etiam in femina nox operit.

38 Sequitur clades, forte an dolo principis incertum (nam utrumque auctores prodidere), sed omnibus, quae huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est; ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul coeptus ignis et statim validus ac vento citus longitudinem circi corripuit. Neque enim domus munimentis saeptae vel templa muris cincta aut quid aliud morae interiacebat. Impetu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita as-

2. *diversis* 'entlegenen', in verschiedenen Himmelsgegenden gelegenen. Beispiele zu I 17.

3. *Oceano ab usque.* Über diese Verbindung zu XIII 47.

crepidinibus. Für *in crepidinibus;* s. zu III 61.

7. *licita*, was an und für sich nicht unerlaubt ist, der Verkehr mit Frauen, und ihn hier nur durch die Ausschweifung entehrte. Ähnlich *fas nefasque* H. II 56. III 51 und öfter bei andern.

9. *contaminatorum grege.* Hor. c. I 37, 9 *contaminato cum grege.*

10. *Pythagorae*, Genetiv, s. zu II 16. Über *denubere* zu VI 27.

11. *missi auspices* vom Pythagoras, wie sonst vom Verlobten. S. zu XI 27. Iuv. 10, 333 *Dudum sedet illa parato Flammeolo, — veniet cum signatoribus auspex.*

38. 14. *forte.* Diese Version geht vermutlich auf Cluvius zurück.

18. *per tabernas* an der äußern Seite des Zirkus, von der Dionys. III 68 sagt *ἔστι δὲ καὶ περὶ τὸν ἱππόδρομον ἔξωθεν ἑτέρα στοὰ μονόστεγος, ἐργαστήρια ἔχουσα ἐν αὐτῇ καὶ οἰκήσεις ὑπὲρ αὐτά.*

mercimonium von Tac. der altertümlichen Sprache entlehnt.

20. *domus* 'Paläste', im Gegensatz zu *insulae* ('Mietshäuser'), wie VI 45 und unten c. 41 und 43.

munimenta, 'Schutzwehren', können kaum etwas anderes sein als 'Brandmauern'.

21. *vel—aut.* Über das Verhältnis der Glieder zu XIV 3.

Impetu 'mit Ungestüm'. Die Wortstellung sollte eigentlich sein *Incendium impetu primum plana pervagatum;* aber sie ist absichtlich so gewählt, daß man glauben muß, auch das Folgende werde von *pervagatum* abhängen, und dann durch den Wechsel der Konstruktion überrascht wird.

surgens et rursus inferiora populando anteiit remedia velocitate mali et obnoxia urbe artis itineribus hucque et illuc flexis atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta paventium feminarum, fessa aetate aut rudis pueritiae, quique sibi quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos aut opperiuntur, pars mora, pars festinans, cuncta impediebant. Et saepe, dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur; vel si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam, quae longinqua crediderant, in eodem casu reperiebant. Postremo, quid vitarent, quid peterent, ambigui, complere vias, sterni per agros; quidam amissis omnibus fortunis, diurni quoque victus *copia*, alii caritate suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio interiere. Nec quisquam defendere audebat, crebris multorum minis restinguere prohibentium, et quia alii palam faces iaciebant atque esse sibi auctorem vociferabantur, sive ut raptus licentius exercerent, seu iussu.

Eo in tempore Nero Antii agens non ante in urbem regres- 39
sus est, quam domui eius, qua Palatium et Maecenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret. Neque tamen sisti potuit, quin et Palatium et domus et cuncta circum haurirentur. Sed solacium populo exturbato ac profugo campum Martis ac monumenta

2. *obnoxia*, 'ausgesetzt', d. h. 'der Gefahr ausgesetzt'. Ebenso Seneca ep. 65, 21 *in hoc obnoxio* ('abhängig') *domicilio animus liber habitat*, Plinius h. n. XIV 2, 27 *Faecenia et cum ea florens Biturigiaca, numquam floris obnoxii*, XXXI 6, 60 *non alibi corporibus magis obnoxiis*, häufiger von Menschen 'abhängig', 'unterwürfig', wie H. I 1 *inter infensos vel obnoxios*, II 56 *obnoxiis ducibus*, Sallust und Livius.

3. *vici* sind die Häuserreihen zu beiden Seiten der Straßen.

4. *fessa aetate aut rudis pueritiae* 'Menschen von' usw. *Fessa aetas* noch I 46. III 59. XIV 33. H. I 12. III 67.

5. *dum — opperiuntur* gehört bloß zu *qui aliis consulebant*.

7. *lateribus aut fronte*. Über den bloßen Ablativ zu III 61.

8. *quae longinqua crediderant*, als sie zuerst flohen, und wohin sie daher damals zu fliehn für überflüssig gehalten hatten.

12. *copia* oder ein ähnliches Wort muß ausgefallen sein, da *diurni quoque victus* nicht von dem aus dem Vorhergehenden zu denkenden *fortuna* abhängen kann. *Diurni* 'für einen Tag'.

13. *defendere* 'abwehren', 'Einhalt tun'.

39. 17. *Antii*, von dem zu XIV 4.

18. *Maecenatis hortos* auf dem Esquilin: sie waren durch Erbschaft kaiserlich. Suet. Ner. 31 *Domum a Palatio Esquilias usque fecit, quam primo transitoriam, mox incendio absumptam restitutamque auream* (s. c. 42) *nominavit.*

19. *sisti potuit, ignis*, persönlich; s. zu XIV 14.

21. *monumenta Agrippae*, außer dem schon zu c. 37 erwähnten *campus Agrippae* mit der *porticus Vipsania*, auf dem Marsfelde selbst die *saepta Iulia*, das *diribitorium*,

Agrippae, hortos quin etiam suos patefecit, et subitaria aedificia extruxit, quae multitudinem inopem acciperent; subvectaque utensilia ab Ostia et propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum usque ad ternos nummos. Quae, quamquam popularia, in irritum cadebant, quia pervaserat rumor ipso tempore flagrantis urbis inisse eum domesticam scaenam et cecinisse Troianum excidium, praesentia mala vetustis cladibus adsimulantem.

40 Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus, prorutis per inmensum aedificiis, ut continuae violentiae campus et velut vacuum caelum occurreret. Necdum positus metus aut redierat plebi spes: rursum grassatus ignis, patulis magis urbis locis; eoque strages hominum minor, delubra deum et porticus amoenitati dicatae latius procidere. Plusque infamiae id incendium habuit, quia praediis Tigellini Aemilianis proruperat videbaturque Nero condendae urbis novae et cognomento suo appellandae gloriam quaerere. Quippe in regiones quattuordecim Roma

die *thermae Agrippae* mit dem *Pantheon* und die *basilica Neptuni* oder *porticus Argonautarum*. Neros Gärten lagen am Vatikan jenseits des Flusses (zu XIV 14).

1. *quin etiam* nachgestellt wie H. II 17. 64. A. 26. G. 3. 8. 13. 34. 45. Vergil Aen. II 768. VIII 485. Lucr. I 731; ebenso *quin immo* G. 14. D. 6. 34. 39 und *quamquam*, wovon zu V 9.

3. *utensilia* 'die Bedürfnisse'. Über die Bedeutung zu I 70.

frumenti, das der Staat an die Armen verkaufte; s. zu c. 18. *Ternos nummos* für das Maß, nach dem gewöhnlich gerechnet wurde, den *modius*.

5. *in irritum cadebant* wie c. 51. H. III 53. Liv. II 6, 1 *ad irritum cadentis spei*.

7. *praesentia mala vetustis cladibus adsimulantem*, schwerlich 'indem er einen ausdrücklichen Vergleich zwischen dem Brande Roms und Trojas anstellte', sondern 'indem er die jetzige Feuersbrunst als die von Troja schilderte'; und so müssen wir übersetzen.

40. 8. *Sexto die*. Suet. Ner. 38 *per sex dies septemque noctes*. In der Inschrift CIL. VI 826 *quando urbs per novem dies arsit Neronianis temporibus* ist die Feuersbrunst, von der Tac. sogleich berichtet, mitgezählt.

imas Esquilias, zwischen dem Esquilin und Viminal.

10. *velut vacuum*. Es war nicht wirklich leer, weil nach dem freien Raum doch noch wieder Häuser kamen.

11. *ignis, patulis magis urbis locis*. Über die gleichen Endungen zu I 24.

14. *praedia Aemiliana*, Grundstücke auf den *Aemiliana*, einem Stadtteil nahe dem *Campus Martius* zwischen Kapitol und Quirinal. Über *Tigellinus* zu XIV 51. Über *prorumpere* mit dem bloßen Ablativ zu XIII 44.

15. *cognomento* 'Namen'; s. zu I 23.

16. *regiones quattuordecim*, schon XIV 12 erwähnt. Die Satzbildung ist dem Sinne nach = *quippe regionum quattuordecim, in quas Roma dividitur, quattuor* etc. Zu *deiectae* ist *erant* zu denken, was durch das folgende *supererant* erleichtert wird. Unter den drei ganz

dividitur, quarum quattuor integrae manebant; tres solo tenus deiectae, septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera et semusta. Domuum et insularum et templorum, quae 41
amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit; sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunae, et magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Euander sacraverat, aedesque Statoris Iovis vota Romulo Numaeque regia et delubrum Vestae cum penatibus populi Romani exusta; iam opes tot victoriis quaesitae et Graecarum artium decora, exin monumenta ingeniorum antiqua et incorrupta, *ut*, quamvis in tanta resurgentis urbis pulchritudine, multa seniores meminerint, quae reparari nequibant. Fuere, qui adnotarent quartum decimum kal. Sextiles principium incendii huius ortum, quo et Senones captam urbem inflammaverint. Alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent.

Ceterum Nero usus est patriae ruinis extruxitque domum, 42
in qua haud proinde gemmae et aurum miraculo essent, solita

abgebrannten war sicher die elfte (*Circus Maximus*), unter den vier ganz verschonten die vierzehnte (*trans Tiberim*).

41. 3. *Domuum et insularum.* Von der Bedeutung dieser Wörter zu c. 38.

5. *Lunae* auf dem Aventin. Es wird sonst nicht berichtet, daß *Servius Tullius* diesen Tempel baute, wohl aber einen sehr berühmten der *Diana*, ebenfalls auf dem Aventin. Die *magna ara* und der Tempel des *Hercules* lagen am *forum boarium* (XII 24); der Tempel des *Iupiter Stator*, die *regia* und der Vestatempel an der Nordseite des Palatin. Diesen beiden letztern gegenüber lag ein eigner Tempel der Penaten, und man könnte glauben, daß er mit den Worten *cum penatibus populi Romani* gemeint sei. Indes ist es dem Wortlaut unserer Stelle angemessener anzunehmen, daß sich auch im Vestatempel Penaten befanden. Übrigens bemerke man den Wechsel der Ausdrücke *templum*, *fanum*, *aedes*, *delubrum*, wie c. 20.

6. *praesenti Herculi*, als Herkules der Sage nach auf seiner Rückkehr aus Hispanien mit den Rindern des Geryon durch Rom kam. Liv. I 7. Über den Singular *sacraverat* den Anhang zu XII 12.

8. *opes* 'Reichtum', Gegenstände von materiellem Wert, welche man besonders den Tempeln verehrt hatte, wovon c. 45. Zu den Subjekten *opes*, *decora*, *monumenta* ist *exusta* ebenfalls noch Prädikat.

9. *monumenta — incorrupta*, alte und unverfälschte Exemplare von Büchern großer Schriftsteller.

13. *Senones*, im J. 364 d. St., 390 v. Chr.

14. *totidem annos mensesque et dies.* Sie zählten 418 Jahre, 418 Monate und 418 Tage, wobei eine Differenz von wenigen Tagen bleibt.

15. *numerent*, weil hier von Schriftstellern die Rede ist, deren Bücher vorliegen.

42. 16. *usus est* 'machte sich zu Nutzen, indem er den frei gewordenen Raum für sich verwandte. Der neue Palast hieß *domus aurea.* Suet. Ner. 31.

17. *proinde* wie XII 60.

pridem et luxu volgata, quam arva et stagna et in modum solitudinum hinc silvae, inde aperta spatia et prospectus, magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat etiam, quae natura denegavisset, per artem temptare et viribus principis illudere. Namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant squalenti litore aut per montes adversos. Neque enim aliud umidum gignendis aquis occurrit quam Pomptinae paludes: cetera abrupta aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor nec satis causae. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno iuga conisus est; manentque vestigia irritae spei.

43 Ceterum urbis, quae domui supererant, non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erecta, sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis cohibitaque aedificiorum altitudine ac patefactis areis additisque porticibus, quae frontem insularum protegerent. Eas porticus Nero sua pecunia extructurum purgatasque areas dominis traditurum pollicitus est. Addidit praemia pro cuiusque ordine et rei familiaris copiis finivitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis apiscerentur. Ruderi accipiendo Ostienses paludes destinabat, utique naves,

2. *hinc — inde* wie XIII 38.

3. *ingenium* wie XII 66.

5. *illudere* 'Gespött damit zu treiben', 'sie zu vergeuden', wie H. II 94 *tamquam in summa abundantia pecuniae illudere.* Sall. Cat. 13, 2 *Quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiae.*

lacu Averno bei Cumä in Campanien, noch jetzt Lago Averno.

6. *squalenti litore* 'entlang der wüsten (staubigen) Meeresküste'.

7. *umidum gignendis aquis* (Dat.) wie Curt. VI 4, 21 *uberrimum gignendis uvis solum.*

10. *cupitor* auch XII 7.

proxima Averno iuga. Vielleicht ist in der sog. Grotta di Pace, die an der nordwestlichen Seite des *lacus Avernus* beginnt, die erste Sektion des Schiffskanals Neros zu erkennen.

43. 12. *urbis, quae domui supererant* 'was sein Palast von der Stadt übrig ließ'. Einen ähnlichen Gedanken drückte schon zu Neros Zeit ein Epigramm aus: Suet. Ner. 39 *Roma domus fiet: Veios migrate, Quirites, Si non et Veios occupat ista domus.* Mit *urbis* ist natürlich nur die abgebrannte Stadt gemeint, was ja aber auch fast die ganze war. *Domui superesse* wie H. I 79. IV 60 *proelio superesse.*

13. *vicorum* wie c. 38.

15. *patefactis areis*, indem man dafür sorgte, daß ein Teil des Bauplatzes als Hofraum frei blieb.

19. *intra quod* gehört zu *effectis — insulis.* Wir: 'innerhalb der sie die Paläste oder Miethäuser vollendet haben müßten, um sie zu erlangen'. Im Lat. ist es sehr gewöhnlich, daß sich das Relativum nur auf einen untergeordneten Teil des Satzes bezieht, bei Tac. noch IV 67 *quam Seianus augere etiam in urbe suetus acrius turbabat,* VI 45 *quanto modicus privatis aedificationibus ne publice quidem nisi duo opera struxit,* XI 38 *quod frustra iugulo aut pectori admovens ictu tribuni transigitur,* H. V 7 *circa cuius os lectae arenae*

quae frumentum Tiberi subvectassent, onustae rudere decurrerent; aedificiaque ipsa certa sui parte sine trabibus saxo Gabino Albanove solidarentur, quod is lapis ignibus impervius est, nec communione parietum, sed propriis quaeque muris ambirentur: iam aqua privatorum licentia intercepta quo largior et pluribus locis in publicum flueret, custodes; et subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet. Ea ex utilitate accepta decorem quoque novae urbi attulere. Erant tamen, qui crederent veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiae itinerum et altitudo tectorum non perinde solis vapore perrumperentur: at nunc patulam latitudinem et nulla umbra defensam graviore aestu ardescere. Et haec quidem humanis consiliis providebantur. Mox petita dis piacula aditique Sibyllae libri, 44
ex quibus supplicatum Volcano et Cereri Proserpinaeque, ac propitiata Iuno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare, unde hausta aqua templum et simulacrum deae perspersum est; et sellisternia ac pervigilia celebravere feminae, quibus mariti erant.

in vitrum excoquuntur, A. 38 *unde proximo Britanniae latere lecto omni redierat.*

2. *certa sui parte.* Über *sui* zu XII 37.

Gabino aus Gabii, das nicht weit von Rom bei Castiglione auf einem Tuffhügel lag, von Strabo V 3, 10 erwähnt als *λατόμιον ἔχουσα ὑπουργὸν τῇ Ῥώμῃ μάλιστα τῶν ἄλλων*. Das *Albanum saxum* aus dem Albanergebirge (Monte Cavo oder Albano), ebenfalls Tuff, wird von Vitruv II 7 neben andern Steinarten in der Nähe Roms als weich und der Verwitterung ausgesetzt bezeichnet, aber nicht so leicht durch Feuer springend als andere härtere.

3. *nec communione — ambirentur.* Diese Worte stehn in der Hdschr. nach *haberet* (Z. 7), wodurch einmal das Zusammengehörige zerrissen, dann aber auch der Ausdruck fehlerhaft wird: denn *aedificia* aus so weiter Entfernung zu ergänzen ist unmöglich, und sehr künstlich und unnatürlich *quaeque* 'alles' für sich als 'jedes Gebäude' zu fassen. *Nec* für *neve* wie XI 18.

5. *aqua*, welches durch die Wasserleitungen nach Rom geführt wurde.

6. *custodes* hängt wie die vorhergehenden und der folgende Satz von *destinabat* ab. Daß der Leser hierzu *quisque haberet* aus dem Folgenden dachte, war durch die Sache selbst verboten. Denn Wächter des Wassers des Staats gegen Privatdiebstahl konnte man natürlich nicht von Privaten stellen lassen.

44. 14. *dis* 'für die Götter', um sie zu gewinnen.

15. *Iuno* stand in der einen der drei Zellen des Kapitolinischen Tempels; derselbe Tempel und dasselbe Götterbild ist auch im folgenden gemeint. Der Ausdruck *matronae* schließt die Witwen ein, welche auf die *sellisternia* und *pervigilia* verzichten müssen.

17. *sellisternia* sind das für die Göttinnen, was *lectisternia* für die Götter, obwohl auch *lectisternia* von beiden gebraucht wird. Val. Max. II 1, 2 *Feminae cum viris cubantibus sedentes cenitabant; quae consuetudo ex hominum convictu ad*

Sed non ope humana, non largitionibus principis aut deum placamentis decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos et quaesitissimis poenis affecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat; repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursum erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque. Igitur primum correpti, qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, haud proinde in crimine incendii quam odio humani generis convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent [aut crucibus

divina penetravit. Nam Iovis epulo ipse in lectulum, Iuno et Minerva in sellas ad cenam invitantur.

4. *per flagitia invisos.* Tacitus folgt in seiner Beurteilung der Christen ohne Kenntnis von ihrem Glauben und Leben der durch böswillige Verleumdung herrschend gewordenen Ansicht der Heiden. S. Einl. S. 84. Daher auch hernach *atrocia aut pudenda* und *adversus sontes.*

Christianos. Diese Namensform ist in der Hdschr. erst durch Korrektur geschaffen; vorher hatte sie *Chrestianos.* Daß diese entstellte Form im Gebrauch gewesen ist, bezeugen u. a. Lact. IV 7 und Tertull. Apol. 3 extr. Es ist aber nicht glaublich, daß Tac. sie gebraucht hat, da er sogleich die richtige Namensform *Christus* folgen läßt; auch nicht, daß er die falsche Form *Chrestiani* dem *vulgus* zugeschrieben habe, um sie alsbald dadurch stillschweigend zu korrigieren, daß er dem Stifter der Sekte den richtigen Namen gibt.

9. *atrocia aut pudenda.* Gemeint sind die *Θυέστεια δεῖπνα* und *Οἰδιπόδειοι μίξεις,* die man den Christen vorwarf.

10. *qui fatebantur,* die sich öffentlich zum Christentum bekannten, aus ihrer Überzeugung kein Hehl machten, freiwillig, nicht infolge einer Untersuchung, wie *correpti* zeigt. Ebenso XI 1 *fateri gloriamque facinoris ultro petere.* Die Worte *correpti* und *convicti sunt* gelten als Prädikate gleichmäßig sowohl von denjenigen, *qui fatebantur,* als auch von der *multitudo ingens.*

11. *proinde* wie XII 60. Vor *odio* ist *in* wiederholt zu denken. Des Hasses gegen die übrige Menschheit hielt man die Christen für überwiesen, weil sie den Umgang der Heiden mieden und ihre Lehre die Andersgläubigen mit ewiger Verdammnis bedrohte. Dieselbe Konstruktion schon bei Cic. p. Sull. 83 *quoties quisquam est in hoc scelere convictus.*

humani generis. Sonst sagt Tac. stets in der gewöhnlichen Ordnung *genus humanum.*

13. *tergis* 'Häute'; s. zu IV 72.

aut crucibus affixi aut flammati. Diese Worte (die Hdschr. hat ganz verkehrt *flammandi*) sind ein fremder, ziemlich alter Zusatz, da ihn schon Sulpicius Severus (4. Jh.) hier las, von jemand, der diese häufigsten Strafen der Christen hier vermißte. Die Worte sind aber hier unpassend, da diese Todesarten kein *ludibrium* enthalten, und unterbrechen die Rede in ungeeigneter Weise. *Flam-*

affixi aut flammati], atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat et circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens. Unde, quamquam adversus sontes et novissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tamquam non utilitate publica, sed in saevitiam unius absumerentur.

Interea conferendis pecuniis pervastata Italia, provinciae 45
eversae sociique populi, et quae civitatium liberae vocantur. Inque eam praedam etiam dii cessere, spoliatis in urbe templis egestoque auro, quod triumphis, quod votis omnis populi Romani aetas prospere aut in metu sacraverat. Enimvero per Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acrato et Secundo Carrinate.

mati soll wahrscheinlich bezeichnen, wovon geredet wird bei Sen ep. 14, 4 *illam tunicam alimentis ignium et inlitam et textam*, Iuv. 8, 235 *ausi, quod liceat tunica punire molesta*, Mart. X 24, 5 *Nam cum dicatur tunica praesente molesta Ure manum plus est dicere non facio*. Von denen, welche zur Beleuchtung dienten, Iuv. 1, 155 *taeda lucebis in illa, qua stantes ardent, qui fixo pectore fumant, et latum media sulcum deducis arena* (indem das schmelzende Pech, Harz und Talg herabfließt). Der Konjunktiv *defecisset*, weil dies ein Zwischensatz der or. obl. ist. [Ob die oben gegebene Satzgestaltung das Richtige trifft, ist sehr zweifelhaft, zumal da man *aut* statt *atque* erwartet. E. Wolff vermutet *interirent aut crucibus affixi flammaeque dati, ubi* usw.]

2. *Hortos suos*, von denen XIV 14. XV 33. 39.

4. *novissima exempla meritos* wie XII 20.

6. *in saevitiam unius*, eines Grausamkeit zu befriedigen. Ähnliches zu XIV 63.

45. 7. *conferendis pecuniis* für die öffentlichen Bauten nach dem Brande, besonders für seinen neuen Palast.

provinciae bezeichnet hier die am schlechtesten gestellte Klasse der römischen Untertanen, die *stipendiarii;* die *socii*, sonst auch alle Nichtbürger, hier die *civitates foederatae*, die bevorzugteste Klasse, eigentlich unabhängig bis auf Stellung von Soldaten. Mit den Worten *quae civitatium liberae vocantur* endlich werden sowohl die *liberae* im engeren Sinne mit eigner Regierung und Gerichtsbarkeit, als die *liberae et immunes* bezeichnet, die zu jenen Privilegien nach dem Wortlaut noch Abgabenfreiheit hatten: diese pflegte aber weder bei ihnen noch bei den *foederatae* vollständig zu sein.

9. *in eam praedam cessere* 'sie wurden ein Teil dieser Beute', 'verfielen dieser Plünderung'. Ähnliches zu II 23.

10. *triumphis*, *votis* 'bei Triumphen, Gelübden', wo die Älteren *per triumphos, vota* gesetzt hätten. Über diesen Ablativ der Art und Weise zu IV 51.

11. *prospere* 'im Glück', *per prospera*, wie das angefügte *in metu* zeigt. Ebenso H. I 10 *palam* ('in seinem öffentlichen Auftreten') *laudares: secreta male audiebant.*

12. *dona*, Weihgeschenke.

13. *Secundo Carrinate*. Der von Caligula verbannte Rhetor *Carrinas Secundus* war wahrscheinlich der

Ille libertus cuicumque flagitio promptus; hic Graeca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret, longinqui ruris secessum oravisse, et postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi aeger nervis, cubiculum non egressus. Tradidere quidam venenum ei per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum iussu Neronis, vitatumque a Seneca proditione liberti seu propria formidine, dum per simplicem victum et agrestibus pomis ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat.

46 Per idem tempus gladiatores apud oppidum Praeneste temptata eruptione praesidio militis, qui custos adest, coërciti sunt, iam Spartacum et vetera mala rumoribus ferente populo, ut est novarum rerum cupiens pavidusque. Nec multo post clades rei navalis accipitur, non bello (quippe haud alias tam immota pax); sed certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores, quamvis saeviente pelago, a Formiis movere; et gravi Africo, dum promunturium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus inpacti triremium plerasque et minora navigia passim amiserunt.

47 Fine anni volgantur prodigia imminentium malorum nuntia:

Vater dieses. Dio LIX 20. Juv. 7, 204. Über die Schreibung *Carrinas* zu XIII 10.

1. *Ille* (*erat*) *libertus* (des Kaisers) usw. Über die Form der Rede zu I 55.

2. *ore tenus* 'nur mit dem Munde', 'bis zur Zungenfertigkeit', wie bei den Alten *verbo tenus*, oben c. 6 *nomine tenus*, H. I 33 *ianua ac limine tenus* ('nur mit Tür und Schwelle') *domum cludit*, Suet. Claud. 25 *militiae genus, quo absentes et titulo tenus fungerentur.*

5. *aeger nervis* 'an Neuralgie leidend'. *Nervi*, die Muskeln. Suet. Vesp. 7 *propter nervorum valitudinem vix ingredi.* Fronto ad am. I 15 p. 184 Nab. *nervorum dolor me invasit.*

cubiculum egressus. Über die Konstruktion zu I 30 *tentoria.*

8. *agrestibus pomis* 'Feldobst', im Gegensatz zu veredeltem Gartenobst, wie G. 23 *cibi simplices, agrestia poma,* Vergil Aen. VII 111 *Et Cereale solum pomis agrestibus augent.*

9. *tolerat.* Über den Indikativ zu I 10.

46. 10. *Praeneste*, nahe bei Rom, heute Palestrina. *Apud* 'in' (I 5).

11. *adest*, weil dort ein bleibender jedenfalls kaiserlicher *ludus gladiatorius* mit stehender Besatzung war. Sie bestand, wie Inschriften aus Praeneste zeigen, aus einem vexillum der Prätorianer.

12. Über *ferente* zu XVI 2.

16. *quamvis saeviente pelago.* Sen. Ep. 90, 7 *quamvis acerrime pelago saeviente.*

17. *Formiae*, Stadt in Latium, jetzt Ruinen bei Mola di Gaëta. Über *promunturium Miseni* in Kampanien, jetzt Punta di Miseno, statt *Misenum* zu VI 50. *Cumae* lag nördlich davon. In Misenum war die Station der *classis praetoria Misenensis;* s. zu IV 5.

19. *plerasque* 'sehr viele' (III 1); *passim* 'in Menge'; s. zu XIV 15.

47. 20. *nuntia*, bei Tac. nur hier adjektivisch.

vis fulgurum non alias crebrior et sidus cometes, sanguine illustri semper Neroni expiatum; bicipites hominum aliorumve animalium partus abiecti in publicum aut in sacrificiis, quibus gravidas hostias inmolare mos est, reperti. Et in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset: secutaque haruspicum interpretatio, parari rerum humanarum aliud caput, sed non fore validum neque occultum, quia in utero repressum et iter iuxta editum sit.

Ineunt deinde consulatum Silius Nerva et Atticus Vestinus, 48
coepta simul et aucta coniuratione, in quam certatim nomina dederant senatores eques miles, feminae etiam, cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. Is Calpurnio genere ortus ac multas

2. *semper* ist hier zweimal; s. zu XIII 6. Denn außer diesem Kometen erschien unter Nero nur noch einer, von dem XIV 22. Wenn auch damals *Rubellius Plautus* gleich nach dem Erscheinen des Kometen bloß nach Asien verwiesen und erst zwei Jahre hernach mit *Cornelius Sulla* getötet wurde (XIV 57), so widerspricht doch diese Verspätung nicht dem *sanguine illustri expiatum*.

4. *Placentia*, heute Piacenza. Der Kopf des Kalbes war an das Hinterbein gewachsen. Deshalb hernach *in utero repressum*. Der Konjunktiv *esset*, weil der Relativsatz die Beschaffenheit angibt. Vergl. XII 64.

48. 9. Phleg. Mir. 23 *ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Αὔλου Λικιννίου Νέρονα Σιλιανοῦ καὶ Μάρκου Οὐεστίνου Ἀττίκου*. Der erstere heißt entweder *A. Licinius Nerva Silianus* oder *A. Licinius Silius Nerva* (vgl. CIL. VI p. 1150. XI 1331), da die Römer der Kaiserzeit, wenn sie durch Adoption oder aus ihrer mütterlichen Familie einen andern Namen annahmen, den frühern Gentilnamen entweder nach alter Weise zum Kognomen umgestalteten oder dem neuen unverändert beifügten. Über seine Abkunft vgl. den Stammbaum Prosopogr. Imp. R. III S. 246. Über den Vater des *Vestinus Atticus* zur Rede des Claudius II 11.

10. *coepta simul et aucta*. Die Participia stehn in der eigentlichen Bedeutung von der Vergangenheit, wie auch *dederant* zeigt: *simul* bezieht sich auf *aucta*. Schon XIV 65 im J. 62 wird auf den Beginn der Verschwörung hingedeutet: daß sie 64 bestand, zeigt c. 50 (*ardente domo*) und der Umstand, daß unmöglich alles hier bis c. 53 Berichtete in den ersten drei Monaten dieses Jahres geschehn sein kann, während doch aus c. 53 (*circensium ludorum die, qui Cereri celebratur*) und dem Todestage des Lucan (s. zu c. 70) hervorgeht, daß die Verschwörung in der zweiten Hälfte des April entdeckt und bestraft wurde. Wahrscheinlich begann sie 63 n. Chr.

12. *C. Calpurnius Piso* (den Tac. hier nennt, als ob er ihn zum erstenmal erwähne, obwohl er ihn schon XIV 65 als einen Mann, der Anhang hatte, genannt hat), ist derselbe, welchem Caligula 38 n. Chr. am Hochzeitstage seine Frau Livia Orestilla entführte, 40 von demselben verwiesen, unter Claudius zurückgerufen und Consul suffectus, seit 38 n. Chr. Arvale. Schol. Iuv. 5, 109. Suet. Cal. 25. Dio LIX 8. paneg. in Pis. 68. CIL. VI 2028 — 2048. Sein Vater ist nicht bekannt. Der panegyricus in Pisonem, verfaßt von einem, der sich um seine Freundschaft bewarb, wahrscheinlich dem

insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud volgum rumore erat per virtutem aut species virtutibus similes. Namque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversum amicos et ignotis quoque, comi sermone et congressu; aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies: sed procul gravitas morum aut voluptatum parsimonia; levitati ac magnificentiae et aliquando luxu indulgebat, idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine summum imperium non restrictum nec praeseverum volunt.

49 Initium coniurationi non a cupidine ipsius fuit; nec tamen facile memoraverim, quis primus auctor, cuius instinctu concitum sit, quod tam multi sumpserunt. Promptissimos Subrium Flavum, tribunum praetoriae cohortis, et Sulpicium Asprum centurionem extitisse constantia exitus docuit. Et Lucanus Annaeus Plautiusque Lateranus vivida odia intulere. Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare, vanus aemulatione: Lateranum, consulem designatum, nulla iniuria, sed amor rei publicae sociavit. At Flavius Scaevinus et Afranius Quintianus, uterque senatorii ordinis, contra famam sui principium tanti facinoris capessivere:

bukolischen Dichter *Calpurnius*, der vielleicht als sein Klient seinen Namen annahm, lobt ihn wegen derselben Eigenschaften wie Tac. Die Worte *Calpurnio genere ortus* geben nicht den Namen des Geschlechtes an, dem Piso angehörte (denn alle *Pisones* waren *Calpurnii*), sondern dessen Vornehmheit.

3. *tuendis civibus* wie XIII 42.

4. *ignotis.* Der Dativ ungewöhnlich bei *exercebat*, mit dem gleichbedeutenden *adversum* wechselnd. Nicht ungewöhnlich XII 55 *vim cultoribus et oppidanis ac plerumque in mercatores et navicularios audebant*, XIII 21 *ultionem in delatores et praemia amicis obtinuit;* aber ebenso ungewöhnlich wie hier XIV 38 *cuius adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam referebat*, während IV 9 *memoriae Drusi eadem, quae in Germanicum, decernuntur* umgekehrt *in Germanicum* ungewöhnlich ist. Vielleicht schrieb indes Tacitus *ignotos.*

6. *voluptatum parsimonia* 'Sparsamkeit im Genuß', ungewöhnlich für *temperantia* 'Beschränkung'.

7. *pluribus* 'der Mehrzahl', wie I 32.

49. 14. *Annaeus Lucanus*, der Dichter der Pharsalia, Neffe Senecas (XVI 17). Über *Plautius Lateranus* zu XI 36.

17. *vanus aemulatione* 'töricht aus Eifersucht'. Weil Lucanus ihn als Dichter übertraf, glaubte er seinen Ruhm durch kleinliche Schikanen unterdrücken zu können. Suet. vit. Luc. *aegre ferens recitante se subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu Neronem recessisse.* Übertrieben scheint die Angabe der vita vor den Scholien und Dios LXII 29, ihm sei das Dichten untersagt.

20. *famam sui.* Über *sui* zu XII 37. *principium capessere* 'das Beginnen unternehmen' ist gesagt, um das Auffälllige stärker zu bezeichnen,

nam Scaevino dissoluta luxu mens et proinde vita somno languida; Quintianus mollitia corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus contumeliam ultum ibat. Ergo dum scelera 50
principis, et finem adesse imperio deligendumque qui fessis rebus succurreret, inter se aut inter amicos iaciunt, adgregavere Claudium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcacium Araricum, Iulium Augurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Marcium Festum, equites Romanos; ex quibus Senecio, e praecipua familiaritate Neronis, speciem amicitiae etiam tum retinens eo pluribus periculis conflictabatur: Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat; ceteris spes ex novis rebus petebatur. Adscitae sunt super Subrium et Sulpicium, de quibus rettuli, militares manus Gavius Silvanus et Statius Proxumus, tribuni cohortium praetoriarum, Maximus Scaurus et Venetus Paulus centuriones. Sed summum robur in Faenio Rufo praefecto videbatur, quem vita famaque laudatum per saevitiam inpudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat fatigabatque criminationibus ac saepe in metum adduxerat quasi adulterum Agrippinae et

vielleicht auch, weil sie sich zuletzt schwach zeigten (c. 56).

2. *mollitia corporis* wie XI 2. Über *diffamatus* zu XIV 22.

50. 4. *fessis rebus succurreret.* Verg. Aen. XI 335 *rebus succurrite fessis.*

5. *iaciunt* drückt aus, daß sie sich zu Anfang, bevor sie einander sicher waren, noch nicht offen und ausführlich zu äußern wagten.

6. *Claudium Senecionem*, über den zu XIII 12.

7. *Iulium Augurinum*, vielleicht identisch mit *C. Iulius Augurinus praefectus alae Gallorum Petrianae* im J. 56 auf der Mainzer Inschrift Westd. Korr. III S. 31.

11. *Pisoni.* Zu diesem Dativ vgl. Curt. VI 6, 36 *sceleris in regem particeps Besso.*

spes ex novis rebus petebatur, hofften für sich aus einer Umwälzung.

13. *manus.* Dieser singuläre Ausdruck soll die derbe Eigenart der hier genannten Offiziere veranschaulichen.

Gavius Silvanus. Wir haben von ihm eine Inschrift zu Turin (*Augusta Taurinorum*), woher er wahrscheinlich gebürtig war. CIL. V 7003 *C. Gavio, L. f., Stel*(latina tribu), *Silvano, primipilari leg*(ionis) *VIII Aug*(ustae), *tribuno coh*(ortis) *II vigilum, tribuno coh*(ortis) *XIII urban*(ae), *tribuno coh*(ortis) *XII praetor*(iae), *donis donato a divo Claud*(io) *bello Britannico torquibus, armillis, phaleris, corona aurea, patrono colon*(iae), *d*(ecurionum) *d*(ecreto), wo *XII* darauf hindeutet, daß die Zahl der prätorischen Kohorten, welche unter Tiberius 9 betrug (IV 5), inzwischen vermehrt worden war, vielleicht von Claudius bei seinem Regierungsantritt.

15. *Faenio Rufo*, von dem zu XIII 22; über *vita famaque* zu c. 37, *Tigellinus* zu XIV 51.

17. *in animo principis* 'in der Gunst des Fürsten', wie XIV 51 *validior in animo principis.* IV 12 *Prisca in animo Augustae valida.* XII 3 *nihil arduum videbatur in animo principis.*

desiderio eius ultioni intentum. Igitur ubi coniuratis praefectum quoque praetorii in partes descendisse crebro ipsius sermone facta fides, promptius iam de tempore ac loco caedis agitabant. Et cepisse impetum Subrius Flavus ferebatur in scaena canentem Neronem adgrediendi, aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. Hic occasio solitudinis, ibi ipsa frequentia tanti decoris testis pulcherrima animum extimulaverant, nisi incolumitatis cupido retinuisset, magnis semper conatibus adversa.

51 Interim cunctantibus prolatantibusque spem ac metum, Epicharis quaedam, incertum quonam modo sciscitata (neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat), accendere et arguere coniuratos; ac postremum lentitudinis eorum pertaesa et in Campania agens primores classiariorum Misenensium labefacere et conscientia illigare conisa est tali initio. Erat nauarchus in ea classe Volusius Proculus, occidendae matris Neroni inter ministros, non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. Is mulieri olim cognitus, seu recens orta amicitia, dum merita erga Neronem sua, et quam in irritum cecidissent, aperit adicitque

4. *cepisse impetum* ('den raschen Entschluß'). Curt. V 12, 1 *occidendi — regis impetum ceperat.*

in scaena canentem an den Juvenalien, wie die Erwähnung der *frequentia* im folgenden zeigt, von denen XIV 15. XV 33.

5. *ardente domo*, im vorhergehenden Jahr (c. 39), woraus wir sehn, daß damals die Verschwörung schon bestand, worüber zu c. 48.

6. *Hic — ibi* im Gegensatz, wie A. 32 *hic dux*, *hic exercitus*, *ibi metalla* usw.

8. *incolumitatis.* Die Hdschr. *inpunitatis.* Aber die Begierde, straflos zu bleiben, konnte Flavus nicht haben, solange er die Tat nicht begangen hatte. Was ihn zurückhielt, war die Liebe zum Leben. H. V 26 *spe vitae*, *quae plerumque magnos animos infringit.*

51. 10. *cunctantibus prolatantibusque.* Die Abl. abs. ohne Pronomen in der zu I 29 bemerkten Weise. Hier ist noch das bemerkenswert, daß hernach diejenigen, welche sie bezeichnen, in einem andern Kasus folgen (*coniuratos*), worüber zu XIV 10.

prolatantibus — metum. Durch das Zaudern verlängerten sie den Zustand, in welchem sie zugleich auf eine günstige Gelegenheit hofften und Entdeckung fürchteten, während die Tat ihnen Entscheidung, günstige oder ungünstige, gebracht hätte.

11. *incertum* usw.: 'man weiß nicht, wie sie, die sich nie für edle Dinge interessiert hatte, dazu gekommen war, nachzuforschen', nämlich: ob denn niemand bereit sei, der Tyrannei Neros ein Ende zu machen.

13. *et in Campania agens.* Dies ist als getrenntes Moment dem Vorhergehenden gleichgestellt, nach der Weise des Tac., von der zu I 55.

14. *primores classiariorum* für die Offziere wie H. III 31 *primores castrorum.* Über die Flotte zu Misenum IV 5.

15. *nauarchus.* Über dies Wort zu XIV 8.

questus et destinationem vindictae, si facultas oreretur, spem dedit posse inpelli et plures conciliare: nec leve auxilium in classe, crebras occasiones, quia Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu laetabatur. Ergo Epicharis plura; et omnia scelera principis orditur: neque sancti quidquam manere. Sed provisum, quonam modo poenas eversae rei publicae daret: accingeretur modo navare operam et militum acerrimos ducere in partes, ac digna pretia expectaret. Nomina tamen coniuratorum reticuit. Unde Proculi indicium inritum fuit, quamvis ea, quae audierat, ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis et cum indice composita nullis testibus innisum facile confutavit. Sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone haud falsa esse, etiam quae vera non probabantur.

52 Coniuratis tamen metu proditionis permotis placitum maturare caedem apud Baias in villa Pisonis, cuius amoenitate captus Caesar crebro ventitabat balneasque et epulas inibat omissis excubiis et fortunae suae mole. Sed abnuit Piso invidiam praetendens, si sacra mensae diique hospitales caede qualiscumque principis cruentarentur: melius apud urbem in illa invisa et spoliis civium extructa domo vel in publico patraturos, quod pro re publica suscepissent. Haec in commune, ceterum timore occulto,

3. *Puteolos et Misenum.* Über jenes zu XIII 48, über dieses zu IV 5.

4. *plura.* Hierzu ist ein allgemeines Verbum *dicendi*, wie *promit*, zu denken. *Neque sancti quidquam manere* ist statt der Lesart der Hds. *neque senatui quod manere* gesetzt, um die Stelle einigermaßen lesbar zu machen. Übrigens ist der Ausdruck auch im Vorhergehenden so armselig, daß hier ein tieferes Verderbnis zu liegen scheint.

6. *accingi* mit dem Infin. nur noch bei Vergil (Georg. III 46).

11. *composita* 'konfrontiert', ihm gegenübergestellt.

confutavit 'wies ihn ab', bewirkte, daß er unverrichteter Sache abgehn mußte. Dies oder 'zurechtweisen', nicht 'widerlegen' ist die eigentliche Bedeutung des Worts. Ter. Heaut. V 1, 76 *hic ita, ut liberos est aequum, dictis confutabitur.* Cic. Tusc. V 88 *maximis doloribus affectus eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat.* part. or. 134 *audaciam confutet eius, qui, cum palam contra fecerit idque fateatur, adsit tamen factumque defendat.* Tiro b. Gell. VI (VII) 3, 12 *iudices iniuriis atque imperiosis minationibus confutaret.*

52. 15. *Baias;* s. zu XI 1. *Apud* eher 'zu' (I 5) als 'bei'.

16. *ventitabat.* Hierzu wird leicht *eo* gedacht.

18. *sacra mensae* wie XIII 17.

19. *apud* 'in' (I 5).

20. *domo.* Zu der Stellung des Substantivs und der zu ihm gehörenden Partizipien vergl. H. I 15 *laudata olim et militari fama celebrata severitas.* XIII 53 *inchoatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem.*

21. *in commune* 'vor allen', 'öffentlich', wie c. 68 *velut in commune:*

ne L. Silanus eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus imperium invaderet, prompte daturis, qui a coniuratione integri essent, quique miserarentur Neronem tamquam per scelus interfectum. Plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne ad libertatem oreretur vel delecto imperatore alio sui muneris rem publicam faceret. Etenim expers coniurationis erat, quamvis super eo crimine Nero vetus adversum insontem odium expleverit.

53 Tandem statuere circensium ludorum die, qui Cereri celebratur, exequi destinata, qnia Caesar rarus egressu domoque aut hortis clausus ad ludicra circi ventitabat promptioresque aditus erant laetitia spectaculi. Ordinem insidiis composuerant, ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus et genibus principis accidens prosterneret incautum premeretque, animi validus et corpore ingens; tum iacentem et impeditum tribuni et centuriones et ceterorum, ut quisque audentiae habuisset, adcurrerent trucidarentque, primas sibi partes expostulante

ceterum wie XIV 58. *Timore occulto* gehört zu dem bei *haec in commune* gedachten Verbum dicendi. Den Silanus und Vestinus fürchtete er bei diesem Verfahren, weil er dann nicht in Rom und bei der Nachricht von Neros Tode dort nicht hätte tätig sein können.

1. *L. Iunius Silanus Torquatus*, der Sohn des XIII 1 erwähnten *M. Silanus*. Über seinen Tod XVI 7. Über *C. Cassius* zu XII 11.

6. *oreretur* 'sich erhebe', ein in dieser Verbindung ungewöhnlicher Gebrauch dieses Worts.

7. *sui muneris* 'zu seinem Geschenk'. Daß er selbst einen wählen werde, dem er die höchste Gewalt einhändige. Über ähnliche Genetive zu III 20.

8. *super eo crimine* eigentlich 'in Betreff', d. h. hier 'wegen dieser Beschuldigung', wie VI 49 *inbecillum tali super casu animum*, XV 36 *super ea profectione adiit Capitolium*. Sall. Jug. 71, 5 *ne super tali scelere suspectum sese haberet*. Liv. XLII 24, 2 *super qua re Romam venisset*.

53. 10. *circensium ludorum die, qui Cereri celebratur*, oder, wie es c. 74 heißt, *circensium Cerialium ludicrum*. Die *ludi Ceriales* begannen den 12. April und währten 8 Tage, am letzten, dem 19., *XIII kalendas Maias*, waren sie circensisch, wie die alten Kalender, besonders der Maffeanische, zeigen.

13. *componere* 'verabreden'; s. zu III 40.

17. *ut — audentiae habuisset* 'je nach ihrem Mute'. Der Ausdruck ist dem griechischen Sprachgebrauch nachgebildet, so daß *habere* in der Bedeutung 'beschaffen sein' steht. Matth. § 337, 1. Herodot VIII 107 ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος. Thuc. I 22 ὥς τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι.

18. *adcurrere* mit dem Akk. wie VI 44 *adventare* und andere dort angeführte Verba. Hier ist diese Konstruktion jedoch durch das folgende *trucidarent* gemildert, das mit *adcurrerent* gleichsam in eins verbunden ist. Über *expostulare* zu I 19.

Scaevino, qui pugionem templo Salutis [in Etruria] sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino in oppido detraxerat gestabatque velut magno operi sacrum. Interim Piso apud aedem Cereris opperiretur, unde eum praefectus Faenius et ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia, Claudii Caesaris filia, ad eliciendum volgi favorem; quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamvis absurdum videretur aut inanem ad spem Antoniam nomen et periculum commodavisse, aut Pisonem notum amore uxoris alii matrimonio se obstrinxisse, nisi si cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est.

Sed mirum, quam inter diversi generis ordinis, aetatis sexus, 54
dites pauperes taciturnitate omnia cohibita sint, donec proditio coepit e domo Scaevini; qui pridie insidiarum multo sermone cum Antonio Natale, dein regressus domum testamentum obsignavit, promptum vagina pugionem, de quo supra rettuli, vestustate obtusum increpans asperari saxo et in mucronem ardescere iussit eamque curam liberto Milicho mandavit. Simul affluentius solito convivium initum, servorum carissimi libertate et alii pecunia do-

1. *in Etruria* ist falsches, durch eine Verwechslung veranlaßtes Glossem zu *Ferentino*. Denn *Ferentinum* lag in Latium, jetzt Ferentino bei Anagni (Liv. IV 51, 7 und oft. Hor. ep. I 17, 8. Strab. V 3, 9. Ptol. III 1, 63. CIL. VI 1492; *Ferentinas* Liv. IX 43, 23. Plin. h. n. III 5, 64. CIL. X 5825—5828, *Ferentini* Sil. VIII 394), dagegen in Etrurien *Ferentium*, jetzt Ferento zwischen Viterbo und Bomarzo (Vitruv. II 7, 4. Tac. H. II 50. Suet. Oth. 1. Vesp. 3, *Φερεντία* Ptol. III 1, 50, *Ferentiensis* CIL. XI 3007 [falsch *Ferentinensium*]. 3003; falsch *Φερεντῖνον* Strab. V 2, 9, *Ferentinum* Plin. h. n. III 5, 52 und ein Teil der Handschriften Suet. Oth. 1). Übrigens hat die Hdschr. verkehrt *frentano*.

3. *aedem Cereris* am Circus Maximus. *Apud* 'in'.

5. *castra*, die Kaserne der Prätorianer (IV 2).

Antonia, von der zu XII 2.

6. *quod C. Plinius memorat.* Auch H. V 6 berichtet Tac. eine Nachricht scheinbar, als wäre er damit einverstanden, und fügt dann die Widerlegung hinzu. Vgl. zu XVI 3. Über *Plinius* Einl. S. 30. 31.

quoquo modo, richtig oder unrichtig. III 19 *quoquo modo audita.*

8. *inanem ad spem*, auf die bloße Hoffnung hin, daß sie Kaiserin werden würde, ohne eine sichere Bürgschaft von Piso dafür zu haben.

9. *uxoris*, von der c. 59.

54. 12. *generis* 'Herkunft'. Über den Genitiv der Eigenschaft zu I 41 *externae fidei.*

14. *multo sermone*, Ablativ der Eigenschaft zu *qui*, wie XVI 31 *longo fletu et silentio.* S. zu III 43.

16. *promptum vagina.* Über den bloßen Abl. zu VI 40.

17. *in mucronem ardescere*, durch das Schleifen erhitzt werden, bis eine Spitze da ist, 'bis zur Schärfe erhitzt werden'. Über *in* zu II 13. Lucan VII 139 *nisi cotibus asper Exarsit mucro.* Hor. Od. II 8, 15 *Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta.*

19. *libertate et alii pecunia* für

nati; atque ipse maestus et magnae cogitationis manifestus erat, quamvis laetitiam vagis sermonibus simularet. Postremo volneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parari iubet idque eundem Milichum monet, sive gnarum coniurationis et illuc usque fidum, seu nescium et tunc primum arreptis suspicionibus, ut plerique tradidere. De consequentibus *consentitur*. Nam cum secum servilis animus praemia perfidiae reputavit, simulque inmensa pecunia et potentia obversabantur, cessit fas et salus patroni et acceptae libertatis memoria. Etenim uxoris quoque consilium adsumpserat, muliebre ac deterius: quippe ultro metum intentabat, multosque astitisse libertos ac servos, qui eadem viderint; nihil profuturum unius silentium; at praemia penes unum fore, qui indicio praevenisset.

55 Igitur coepta luce Milichus in hortos Servilianos pergit; et cum foribus arceretur, magna et atrocia adferre dictitans deductusque ab ianitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem, urgens periculum, graves coniuratos et cetera,

alii libertate, alii pecunia; s. zu I 17.

2. *vagis sermonibus* ‘in unstäten Reden’, die von einem Gegenstande zum andern sprangen, so daß man sah, es sei ihm nicht um die Sache, sondern ums Reden zu tun.

3. *iubet idque — monet* mit derselben Umständlichkeit des Ausdrucks wie vorher *iussit eamque curam — mandavit*, um den verhängnisvollen Umstand hervorzuheben, daß beide Befehle demselben Milichus erteilt wurden.

6. *De consequentibus consentitur.* I 13 *de prioribus consentitur.*

cum bezeichnet das Zusammenfallen der Handlung des Haupt- und der des Nebensatzes (‘sobald als’).

10. *muliebre ac deterius*, welches (*consilium*) war, wie das eines Weibes zu sein pflegt, tückisch und raffiniert zum Bösen treibend, und schlechter als das seine.

11. *multosque astitisse* usw. Dies wird mit *que* angefügt, weil das Vorhergehende nicht den Gedanken enthält, daß Entdeckung zu fürchten sei, sondern daß Milichus im Fall einer Entdeckung als vermeintlicher Teilhaber Strafe zu fürchten habe, und diese Worte die Wahrscheinlichkeit einer solchen Entdeckung hinzufügen.

viderint. Hiernach scheint, wenn nicht *viderint* in der allgemeinen Bedeutung ‘wahrgenommen hätten’ steht, *audierint* ausgefallen zu sein, da es wesentlich auch auf die Reden, den Befehl den Dolch zu schleifen, ankam.

55. 14. *hortos Servilianos.* Ihre Lage ist unbekannt; aber was Sueton Ner. 47 berichtet, macht es wahrscheinlich, daß sie südlich der Stadt an der Tiber und dem Weg nach Ostia lagen.

16. *Epaphroditum*, den Nachfolger des *Doryphorus* (XIV 65) in dem Amt *a libellis*, von Domitian getötet, weil er dem Nero behülflich gewesen war sich zu töten. Suet. Ner. 49. Dom. 14. Josephus erwähnt ihn öfter, Ant. I. pr. 2, vit. 76, c. A. I 1. II 41.

17. *graves coniuratos*, wie man sagt *gravis adversarius, hostis*, ‘arg’, ‘gefährlich’.

quae audiverat, coniectaverat, docet: telum quoque in necem eius paratum ostendit accirique reum iussit. Is raptus per milites et defensionem orsus, ferrum, cuius argueretur, olim religione patria cultum et in cubiculo habitum ac fraude liberti subreptum respondit. Tabulas testamenti saepius a se et incustodita dierum observatione signatas. Pecunias et libertates servis et ante dono datas, sed ideo tunc largius, quia tenui iam re familiari et instantibus creditoribus testamento diffideret. Enimvero liberales semper epulas struxisse; vitam amoenam et duris iudicibus parum probatam. Fomenta volneribus nulla iussu suo, sed quia cetera palam vana obiecisset, adiungere crimen, cuius se pariter indicem et testem faceret. Adicit dictis constantiam; incusat ultro intestabilem et consceleratum, tanta vocis ac vultus securitate, ut labaret indicium, nisi Milichum uxor admonuisset Antonium Natalem multa cum Scaevino ac secreta collocutum et esse utrosque C. Pisonis intimos.

Ergo accitur Natalis, et diversi interrogantur, quisnam is ser- 56
mo, qua de re fuisset. Tum exorta suspicio, quia non congruentia responderant; inditaque vincla. Et tormentorum aspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis, totius conspirationis magis gnarus, simul arguendi peritior, de Pisone primum fatetur, deinde adicit Annaeum Senecam, sive internuntius inter eum Pi-

1. *audiverat, coniectaverat.* Über das Asyndeton zu IV 43.

3. *cuius argueretur*, mit eigentümlicher Kürze gesagt für die Beschuldigung wegen dessen, was er mit dem Dolche vorgenommen haben sollte. Gewöhnlich wäre *quod sibi crimini verteretur.* Wir 'aus dem ihm ein Verbrechen gemacht werde'.

religione patria. Er war also aus Ferentinum (c. 53).

5. *incustodita* für *non custodita*: 'mit sorgloser' für 'ohne sorgliche Beachtung des Tages'. Ähnlich *incelebrata sunt* in der zu VI 7 angeführten Stelle des Sallust.

8. *testamento diffideret*, weil von der vorhandenen Masse erst die Gläubiger befriedigt werden mußten, bevor die im Testament bestimmten Schenkungen ausgezahlt werden konnten.

9. *vitam — probatam.* Hierzu ergänze *fuisse.* Ebenso zum folgenden *Fomenta vulneribus nulla iussu suo* ein Verbum wie *parata.*

11. *palam* gehört zu *vana.*

cuius — faceret, und das darum nicht widerlegt werden könne, weil niemand außer ihnen dabei gewesen wäre. *indicem et testem* wie III 10. IV 28. Curt. VI 11.

12. *intestabilem et consceleratum*, wegen des Undanks gegen seinen Freilasser.

14. *Antonium Natalem — collocutum.* Milichus hatte also damals seinen Herrn begleitet. S. c. 54.

56. 19. *tormentorum.* Bei denjenigen Majestätsverbrechen, die sich gegen die Person des Kaisers richteten, wurden in der tyrannischen Praxis alle Angeschuldigten als Sklaven behandelt.

21. *arguendi peritior*, geschickter seine Angaben glaubhaft zu machen.

sonemque fuit, sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecae omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Tum cognito Natalis indicio Scaevinus quoque pari inbecillitate, an cuncta iam patefacta credens nec ullum silentii emolumentum, edidit ceteros. Ex quibus Lucanus Quintianusque et Senecio diu abnuere: post promissa inpunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Aciliam, matrem suam, Quintianus Glitium Gallum, Senecio Annium Pollionem, amicorum praecipuos, nominavere.

57 Atque interim Nero recordatus Volusii Proculi indicio, Epicharin attineri ratusque muliebre corpus impar dolori tormentis dilacerari iubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a femina spernerentur, pervicere, quin obiecta denegaret. Sic primus quaestionis dies contemptus. Postero cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellae (nam dissolutis membris insistere nequibat), vinclo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellae restricto indidit cervicem et corporis pondere conisa tenuem iam spiritum expressit, clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui et viri et equites Romani senatoresque intacti tormentis carissima suorum quisque pignorum proderent.

58 Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quin-

7. *Aciliam.* Die vita Lucani vor den Scholien *Matrem habuit* (Lucanus) *et regionis eiusdem et urbis* (aus Corduba), *Aciliam nomine, Acilii Lucani filiam, oratoris operae apud proconsules frequentis —; cuius cognomen huic inditum apparet.*

8. *Annium Pollionem*, wahrscheinlich den Bruder des *Annius Vinicianus*, von dem zu XV 28.

57. 12. *ne a femina spernerentur* 'daß ihnen nicht eine Frau Trotz biete', wie XII 5. Ebenso gleich darauf *contemptus*: 'blieb unwirksam'. Verg. Georg. II 360 *contemnere ventos Adsuescant* (vites). *Quaestionis* 'des peinlichen Verhörs'.

pervinco mit Objekt auch H. III 74 (schon bei Liv. XLII 45, 4 *pervicerat Rhodios, ut . . . . Romanam societatem retinerent*); absolut XI 34.

14. *gestamine sellae*, ungewiß, ob ein Rollstuhl oder Tragsessel; s. zu XIV 4.

15. *dissolutis membris* Abl. abs. *Insistere* ('auftreten', wie Fronto p. 253 Nab.) steht absolut.

fasciae, welche die Frauen um die Brust trugen, gewöhnlich *fascia pectoralis* (Martial XIV 134) oder *mammillare* (ders. XIV 66) oder *strophium* genannt. Nonius p. 538 M. *Strophium est fascia brevis, quae virginalem horrorem cohibet papillarum.*

16. *arcum sellae*, die Lehne.

18. *clariore*, wie I 38 *bono exemplo*, gehört zu *protegendo*. Der Komparativ steht in Beziehung auf das folgende *cum* für *eo clariore.*

in tanta necessitate bezieht sich auf sie, nicht auf das Objekt: trotz der Folter.

58. 22. *Non — quoque* hier, weil *non omittebant* einen Begriff bildet. Andere Fälle zu III 54.

tianus passim conscios edere, magis magisque pavido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis semet saepsisset. Quin et urbem per manipulos occupatis moenibus, insesso etiam mari et amne, velut in custodiam dedit. Volitabantque per fora, per domos, rura quoque et proxima municipiorum, pedites equitesque, permixti Germanis, quibus fidebat princeps quasi externis. Continua hinc et vincta agmina trahi ac foribus hortorum adiacere. Atque ubi dicendam ad causam introissent, laetatum erga coniuratos et fortuitus sermo et subiti occursus, si convivium, si spectaculum simul inissent, pro crimine accipi, cum super Neronis ac Tigellini saevas percunctationes Faenius quoque Rufus violenter urgueret nondum ab indicibus nominatus, et quo fidem inscitiae pararet, atrox adversus socios. Idem Subrio Flavo adsistenti adnuentique, an inter ipsam cognitionem destringeret gladium caedemque patraret, renuit infregitque impetum iam manum ad capulum referentis.

Fuere, qui prodita coniuratione, dum auditur Milichus, dum 59
dubitat Scaevinus, hortarentur Pisonem pergere in castra aut rostra escendere studiaque militum et populi temptare. Si conatibus

Lucanus quoque et — Quintianus, nicht bloß die unbedeutenderen der Verschwornen.

1. *passim* wie XIV 15.

6. *Germanis*, welche die eigentliche Leibwache bildeten, die *corpore custodes*, zn Pferde, in *decuriae* geteilt. Von Augustus errichtet, aber nach der Niederlage des Varus entlassen (Suet. Aug. 49), muß diese Leibwache in seiner letzten Zeit von neuem gebildet sein, da wir sie beim Antritt des Tiberius wiederfinden (Tac. I 24), und sie bestand fort (bei Tac. noch XIII 18) bis Galba (Suet. Galb. 12, der sie ungewöhnlich *cohors* nennt). Es waren Leute aus verschiedenen den Römern unterworfenen oder befreundeten Völkern, wie Friesen, Ubier, Bätasier, meist wohl Bataver, da das Korps auch diesen Namen führte (Dio LV 24. Suet. Cal. 43 *numerus Batavorum*); sie trugen lateinische und griechische Namen und bildeten für ihre Privatzwecke eine Genossenschaft (*collegium*) wie andere Berufsgenossen in Rom. Öfter in Inschriften, CIL. VI 8802. 8806 *Nobilis*, *miles impera*(toris) *Neronis Aug*(usti) *corp*(ore) *cust*(os), *de*-*c*(uria) *Rabuti*, *nat*(ione) *Bataus*. *Milit*(avit) *an*(nos) *II*, *vix*(it) *an*-(nos) *XX; h*(ic) *s*(itus) *e*(st). *Posuit Baebius d*(ecuria) *Rabuti*, *heres*.

quasi bezeichnet die Ansicht Neros; s. zu VI 11.

Continua et vincta agmina wie *multi et clari viri* und häufig ähnliches, wo wir die Partikel weglassen. *Hinc* 'darauf'.

7. *hortorum*, wahrscheinlich der *Serviliani*, in denen Nero damals residierte (c. 55).

8. *laetatum*, nämlich *esse*, 'daß man den Verschwornen gegenüber Freude geäußert', bei einem frühern Zusammensein. Doch ist die Lesart (die Hdschr. hat *latatum* und nach *coniuratos* nicht *et*, sondern *sed*) durchaus unsicher.

15. *impetum* 'sein Beginnen', den zur Tat übergehenden Entschluß.

59. 17. *castra* wie c. 53.

18. *studia* 'die Teilnahme' für sich und den Sturz Neros.

eius conscii aggregarentur, secuturos etiam integros; magnamque motae rei famam, quae plurimum in novis consiliis valeret. Nihil adversum haec Neroni provisum. Etiam fortes viros subitis terreri; nedum ille scaenicus, Tigellino scilicet cum paelicibus suis comitante, arma contra cieret. Multa experiendo confieri, quae segnibus ardua videantur. Frustra silentium et fidem in tot consciorum animis et corporibus sperare: cruciatui aut praemio cuncta pervia esse. Venturos, qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece afficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur rem publicam, dum auxilia libertati invocat! Miles potius deesset et plebes desereret, dum ipse maioribus, dum posteris, si vita praeriperetur, mortem adprobaret. Immotus his et paululum in publico versatus, post domi secretus animum adversum suprema firmabat, donec manus militum adveniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat; nam vetus miles timebatur tamquam favore inbutus. Obiit abruptis brachiorum venis. Testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit, quam degenerem et sola corporis forma commendatam amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieri Satria Galla, priori marito Domitius Silus: hic patientia, illa inpudicitia Pisonis infamiam propagavere.

1. *magnamque motae rei famam,* jede Bewegung werde vom Gerücht als groß dargestellt.

5. *arma contra cieret.* Gewöhnlich ist *pugnam*, *proelium*, *bellum ciere.*

6. *in tot consciorum animis et corporibus,* während auf diese durch Versprechungen, Drohungen und Folter gewirkt werde.

9. *amplectitur rem publicam* übertragen für ‘sich des Staats annehme’, hier tatsächlich. Ähnlich XIII 18. Über den Indikativ in der or. obl. zu I 10.

12. *Immotus his* wie XIV 59 *Plautum ea non movere.*

16. *favore* zum Piso (c. 48).

17. *foedis — adulationibus*, Ablativ der Eigenschaft zu *testamentum:* ‘voll von’ —. S. zu III 43.

18. *degenerem,* auf die Herkunft zu beziehen, wie es XII 51. 62 steht, da Unsittlichkeit einer Frau in dieser Zeit nicht als eine Entartung bezeichnet werden konnte, dieselbe auch durch die nächsten Worte hinlänglich angegeben ist.

19. *mulieri Satria.* Die Hdschr. *mulieris atria.* Aber Tac. setzt (von Agr. 22 *aestuario nomen est* abgesehen), in den mit *nomen est* gebildeten Ausdrücken den Dativ, wenn er die Person oder den Gegenstand, von dem er spricht, vorher genannt hat; den Genetiv, wenn dies nicht der Fall ist. Also ist *villae* XIV 4 Genetiv, *puellae* XVI 30 Dativ.

20. *hic patientia.* Das konnte er nur, wenn er sie nach Pisos Tode wieder heiratete und als ihr Mann ihre Ausschweifungen duldete. Denn, wenn er von ihr geschieden war, ging sie ihn nichts an. Das Überlassen aber seiner Frau an einen andern kann nicht als *patientia* bezeichnet werden, da er hierin den *Cato Uticensis* zum Vorgänger hatte.

Proximam necem Plautii Laterani, consulis designati, Nero 60 adiungit, adeo propere, ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum servilibus poenis sepositum, manu Statii tribuni trucidatur, plenus constantis silentii nec tribuno obiciens eandem conscientiam.

Sequitur caedes Annaei Senecae, laetissima principi, non quia coniurationis manifestum compererat, sed ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. Solus quippe Natalis et hactenus prompsit, missum se ad aegrotum Senecam, uti viseret, conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret: melius fore, si amicitiam familiari congressu exercuissent; et respondisse Senecam: sermones mutuos et crebra colloquia neutri conducere; ceterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti. Haec ferre Gavius Silvanus, tribunus praetoriae cohortis, et an dicta Natalis suaque responsa nosceret, percunctari Senecam iubetur. Is forte an prudens, ad eum diem ex Campania remeaverat quartumque apud lapidem suburbano rure substiterat. Illo propinqua vespera tribunus venit et villam globis militum saepsit; tum ipsi cum Pompeia Paulina uxore et amicis duobus epulanti mandata imperatoris edidit. Seneca 61 missum ad se Natalem conquestumque nomine Pisonis, quod a visendo eo prohiberetur, seque rationem valetudinis et amorem quietis excusavisse respondit. Cur salutem privati hominis incolumi-

60. 1. *consulis designati* wird hier der Erinnerung halber nach c. 49 wiederholt, wie unten *Gavius Silvanus*, c. 66. 67. 68 *Cervarius Proculus*, *Subrius Flavus*, *Sulpicius Asper* dieselben Bezeichnungen wie c. 49. 50 erhalten, auch c. 61 von *Gavius Silvanus* wiederholt bemerkt wird, daß er zu den Verschwornen gehörte.

2. *illud — arbitrium* 'jene kurze Wahl des Todes' d. i. jene wenigen Augenblicke, die nötig waren, damit er sich selbst seine Todesart wähle.

3. *servilibus poenis sepositum*, das sogenannte Sessorium auf dem *campus Esquilinus*, von dem zu II 32.

7. *compererat.* Über den Indikativ zu XIII 1.

8. *venenum non processerat.* Tac. zeigt durch diese Bemerkung, daß er, was c. 45 als von einem Teil der Geschichtschreiber berichtet angeführt ist, für glaubwürdig hält. Mehr zu XVI 3.

hactenus 'nur dies' wie XIV 3.

11. *sermones mutuos* bezeichnet im Gegensatz zu *colloquia* das, was sie durch Mittelspersonen mit einander verhandelten.

12. *salus* und *incolumitas* (zu XIV 1) sind dasselbe, wie Senecas Antwort c. 61 zeigt *cur salutem privati hominis incolumitati suae anteferret.*

15. *nosceret*, ob er das, was Natalis damals zu ihm gesprochen (*dicta Natalis*), und seine damalige Antwort 'einräume' wie II 28.

18. *Pompeia Paulina*, Tochter oder Schwester des *Pompeius Paulinus*, von dem zu XIII 53.

61. 21. *rationem* 'die Rücksicht'.

22. *excusavisse* 'habe als Entschuldigung angegeben', 'vorge-

tati suae anteferret, causam non habuisse; nec sibi promptum in adulationes ingenium. Idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui saepius libertatem Senecae quam servitium expertus esset. Ubi haec a tribuno relata sunt Poppaea et Tigellino coram, quod erat saevienti principi intimum consiliorum, interrogat, an Seneca voluntariam mortem pararet. Tum tribunus nulla pavoris signa, nihil triste in verbis eius aut vultu deprensum confirmavit. Ergo regredi et indicere mortem iubetur. Tradit Fabius Rusticus non eo, quo venerat, itinere redisse tribunum, sed flexisse ad Faenium praefectum, et expositis Caesaris iussis, an obtemperaret, interrogavisse, monitumque ab eo, ut exequeretur, fatali omnium ignavia. Nam et Silvanus inter coniuratos erat, augebatque scelera, in quorum ultionem consenserat. Voci tamen et aspectui pepercit, intromisitque ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret.

62 Ille interritus poscit testamenti tabulas; ac denegante centurione, conversus ad amicos, quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod unum iam et tamen pulcherrimum habeat, imaginem vitae suae relinquere testatur, cuius si memores essent, bonarum artium famam tam constantis amicitiae *pretium* laturos. Simul lacrimas eorum modo sermone, modo intentior in modum

schützt', wie III 11. V 2 und öfter bei andern.

privati hominis im Gegensatz zum Kaiser. *Anteferre* 'höher stellen'. Mit diesen und den folgenden Worten antwortet er auf die ihm vorgeworfene Äußerung *salutem suam incolumitate Pisonis inniti.*

2. *gnarum*, in passivem Sinne; s. zu XI 32.

8. *Fabius Rusticus.* Über ihn Einl. S. 29.

9. *venerat.* Über den Indikativ zu I 10.

13. *Voci tamen et aspectui pepercit* wie XII 47 *visui tamen consuluit.*

62. 16. *testamenti tabulas*, um jetzt sein Testament zu machen oder wahrscheinlicher demselben Bestimmungen hinzuzufügen, wie aus c. 64 *Ita codicillis praescripserat* usw. zu entnehmen ist. Der Zenturio verweigert es, weil seine Güter konfisziert werden sollen.

20. *bonarum — laturos*, 'man werde sie als Philosophen preisen.' *pretium* fehlt in der Hdschr. Der Ausfall dieses oder eines ähnlichen Worts ist wahrscheinlicher als *cuius si memores essent bonarum artium, famam tam constantis amicitiae laturos*, wobei *bonarum artium* und der Nachsatz matt sind. Über den Gedanken vgl. A. 46 *nosque et domum tuam ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas nec lugeri nec plangi fas est. Admiratione te potius et immortalibus laudibus, et, si natura suppeditet, aemulatu decoremus. Is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas.*

21. *sermone*, dadurch, daß er andere Dinge mit ihnen besprach, über die Mitteilung zu machen oder Auskunft zu erhalten ihm vor seinem Tode erwünscht war. *Intentior*, 'heftiger'.

coërcentis ad firmitudinem revocat, rogitans, ubi praecepta sapientiae, ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia? Cui enim ignaram fuisse saevitiam Neronis? Neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris praeceptorisque necem adiceret.

Ubi haec atque talia velut in commune disseruit, complecti- 63
tur uxorem et paululum adversus praesentem formidinem mollitus rogat oratque, temperaret dolori neu aeternum susciperet, sed in contemplatione vitae per virtutem actae desiderium mariti solaciis honestis toleraret. Illa contra sibi quoque destinatam mortem adseverat manumque percussoris exposcit. Tum Seneca gloriae eius non adversus, simul timore ne sibi unice dilectam ad iniurias relinqueret, Vitae, inquit, delenimenta monstraveram tibi, tu mortis decus mavis. Non invidebo exemplo. Sit huius tam fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine. Post quae eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, quoniam senile corpus et parco victu tenuatum lenta effugia sanguini praebebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit; saevisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret atque ipse visendo eius tormenta ad inpatientiam delaberetur, suadet in aliud cubiculum abscedere. Et novissimo quoque momento suppeditante eloquentia, advocatis scriptoribus pleraque tradidit, quae in vulgus edita eius verbis invertere supersedeo.

2. *ratio* 'Verhalten'. Über das passive *ignarum* zu XI 32.

4. *matrem fratremque.* Octavia war ebenso gut Neros Schwester wie Britannicus sein Bruder; sie wird aber hier nicht erwähnt, weil sie als seine Gattin zu ihm in ein anderes Verhältnis trat. Hier werden nur diejenigen Personen genannt, an welche Nero durch die Geburt gebunden war, und zu diesen wurde auch der Adoptivbruder gerechnet. Anderes c. 67.

63. 6. *in commune* 'öffentlich', für alle, nicht bloß die Anwesenden, wie c. 52.

7. *adversus praesentem formidinem* 'der augenblicklichen Furcht gegenüber', nämlich wegen des Schicksals seiner Frau. Über *adversus* zu XII 54.

9. *vitae* 'seines Lebens', wie c. 62.

10. *toleraret* wird hier durch den hinzugefügten Ablativ dem Sinne nach 'sich erträglich machen', 'lindern'.

11. *manum percussoris exposcit* wie II 31 *vocare percussorem.*

12. *timore.* Die Hdschr. *amore.* Aber neben *amore* wäre *sibi unice dilectam* überflüssig. Zu *timore* vgl. XII 51 *timore aeger, ne quis relicta poteretur.* XV 52 *timore occulto, ne Silanus — invaderet.*

14. *exemplo*, eher Dativ als Ablativ; s. zu I 22.

16. *brachia exsolvunt* durch Aufschneiden der Adern.

17. *parco victu*, von dem c. 45.

20. *inpatientiam* 'Schwäche'; s. zu XIII 21.

23. *pleraque* 'sehr vieles' (zu III 1). *Eius verbis* gehört zu *edita. Invertere* 'umgestalten', indem ich

64 At Nero nullo in Paulinam proprio odio, ac ne glisceret invidia crudelitatis, *iubet* inhiberi mortem. Hortantibus militibus servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignarae. Nam ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere, qui crederent, donec inplacabilem Neronem timuerit, famam sociatae cum marito mortis petivisse, deinde oblata mitiore spe blandimentis vitae evictam; cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria et ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestum.

Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum, diu sibi amicitiae fide et arte medicinae probatum, orat, provisum pridem venenum, quo damnati publico Atheniensium iudicio extinguerentur, promeret; adlatumque hausit frustra, frigidus iam artus et cluso corpore adversum vim veneni. Postremo stagnum calidae aquae introiit, respergens proximos servorum, addita voce, libare se liquorem illum Iovi liberatori. Exim balneo inlatus et vapore eius exanimatus sine ullo funeris sollemni crematur. Ita codicillis praescripserat, cum etiam tum praedives et praepotens supremis suis consuleret.

65 Fama fuit Subrium Flavum cum centurionibus occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur, tradereturque imperium Senecae, quasi insontibus claritudine virtutum

seine Gedanken mit meinen Worten wiedergebe, wie die alten Historiker verfuhren, wenn sie andere Personen redend einführten; s. zu VI 6. Sen. lud. 9, 2 *quae . . . ideo non refero, ne aliis verbis ponam, quae ab illo dicta sunt.*

64. 3. *premunt* 'drängen zurück'; s. zu XIV 5.

incertum an ignarae 'der wahrscheinlich bewußtlosen' . Daß *incertum an* gewöhnlich affirmativ ist, zu XIV 7. *Nam* begründet das 'wahrscheinlich': 'denn' es gab auch eine andere Auffassung.

7. *cui addidit* usw. Wir: 'aber sie fügte ihm — hinzu'. Ebenso Hor. Sat. I 1, 36 *Quae, simul inversum contristat aquarius annum, Non usquam prorepit.*

9. *esset,* nämlich *pallor ille.*

10. *Statius* war sein eigentlicher Gentilname, den zweiten Gentilnamen *Annaeus* hatte er wahrscheinlich von Seneca als dessen Klient angenommen.

11. *arte medicinae* 'durch seine Kunst', Geschicklichkeit in der Heilkunde: denn 'die Heilkunst' heißt *ars medicina* oder *medicina* allein.

12. *publico iudicio*, 'in einem Kriminalgericht', gehört zu *damnati.* Das Gift war der Saft des Schierlings, *κώνειον*. Seneca hatte es offenbar nicht ohne eine gewisse Koketterie gewählt, weil Sokrates damit hingerichtet war.

15. *stagnum* 'ein Bassin'.

16. *libare se liquorem illum Iovi liberatori*, wie Thrasea XVI 35 sein Blut.

17. *balneum* 'Dampfbad', wie XIV 64.

65. 23. *insontibus*, der Dativ, wie oft, statt *ab* mit dem Abl.

—

ad summum fastigium delecto. Quin et verba Flavi vulgabantur, non referre dedecori, si citharoedus demoveretur et tragoedus succederet, quia ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat.

Ceterum militaris quoque conspiratio non ultra fefellit, ac- 66
censis indicibus ad prodendum Faenium Rufum, quem eundem conscium et inquisitorem non tolerabant. Ergo instanti minitantique renidens Scaevinus neminem ait plura scire quam ipsum, hortaturque ultro, redderet tam bono principi vicem. Non vox adversum ea Faenio, non silentium, sed verba sua praepediens et pavoris manifestus, ceterisque ac maxime Cervario Proculo, equite Romano, ad convincendum eum conisis, iussu imperatoris a Cassio milite, qui ob insigne corporis robur adstabat, corripitur vinciturque. Mox eorundem indicio Subrius Flavus tribu- 67
nus pervertitur, primo dissimilitudinem morum ad defensionem trahens, neque se armatum cum inermibus et effeminatis tantum facinus consociaturum; dein, postquam urgebatur, confessionis

Insontes sind nicht solche, welche unbeteiligt an der Verschwörung waren (diese erschien dem Tac. selbst nicht als Schuld), sondern in ihrem Leben 'Unbescholtene' im Gegensatz zu dem großen Teil der Verschwornen, die selbst in Laster versunken waren. S. c. 49. 67. 70.

claritudine virtutum. Der Ablativ = 'wegen', 'infolge'; s. zu III 24.

2. *non referre dedecori* 'die Schande bleibe dieselbe'. Wahrscheinlich ist *dedecoris* zu verbessern (wie Quint. IX 4, 44 *plurimum refert compositionis* und ebenso öfter spätere, Tac. H. I 1 *pacis interfuit*, wie auch Cicero); indes findet sich der Dativ (commodi) noch Plaut Truc. II 4, 40 *cui rei id te assimulare rettulit.* Hor. Sat. I 1, 49 *dic, quid referat intra Naturae fines viventi.*

citharoedus und *tragoedus* würde Tacitus schwerlich gesetzt haben, wenn er nicht die Worte eines andern in dem charakteristischen Ausdruck referierte; s. zu XIV 15.

3. *tragico ornatu.* Schol. Iuv. 5, 109 *scaenico habitu tragoedias actitavit,* wonach man an wirkliche Tragödien denken könnte. Aber da hier nur vom Singen die Rede ist, waren es wohl lyrische Tragödien, in denen eine Person sang und spielte, unterstützt von nur gestikulierenden stummen Personen (*hypocritae*) und wahrscheinlich einem Chor, solche Tragödien, wie sie auch Nero mitunter sang. Suet. Ner. 21. 24. 46.

66. 4. *quoque — non* für *ne — quidem;* s. zu III 54.

5. *indicibus*, diejenigen der Verschwornen, welche sich zum Angeben herbeigelassen hatten, s. zu V 8.

7. *renidere* drückt bei Tac. immer feindlichen Hohn aus: 'grinsen'; s. zu IV 60.

8. *tam bono principi* einem so gütigen Fürsten, der ihn an der Untersuchung gegen seine Mitverschwornen teilnehmen lasse.

9. *verba sua praepediens* 'stammelnd', er in seinem Zustande: gewöhnlich heißt es, daß der Zustand die Worte hemmt, wie H. III 68 *fletu praepediente.*

67. 15. *inermibus* 'unsoldatischen', 'Zivilisten'.

16. *consociaturum*, nämlich *fuisse*; s. zu II 31. *Consociare* 'teilen',

gloriam amplexus. Interrogatusque a Nerone, quibus causis ad oblivionem sacramenti processisset, Oderam te, inquit. Nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti: odisse coepi, postquam parricida matris et uxoris, auriga et histrio et incendiarius extitisti. Ipsa rettuli verba, quia non, ut Senecae, volgata erant, nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomptos et validos. Nihil in illa coniuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi, quae faceret, insolens erat. Poena Flavi Veianio Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi iussit, quam Flavus ut humilem et angustam increpans, circumstantibus militibus, Ne hoc quidem, inquit, ex disciplina. Admonitusque fortiter protendere cervicem, Utinam, ait, tu tam fortiter ferias! Et ille multum tremens cum vix duobus ictibus caput amputavisset, saevitiam apud Neronem iactavit, sesquiplaga interfectum a se
68 dicendo. Proximum constantiae exemplum Sulpicius Asper centurio praebuit, percunctanti Neroni, cur in caedem suam conspiravisset, breviter respondens non aliter tot flagitiis eius subveniri potuisse: tum iussam poenam subiit. Nec ceteri centuriones in perpetiendis suppliciis degeneravere. At non Faenio Rufo par animus, sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit.

Opperiebatur Nero, ut Vestinus quoque consul in crimen traheretur, violentum et infensum ratus: sed ex coniuratis consilia cum Vestino non miscuerant quidam vetustis in eum simultatibus, plures, quia praecipitem et insociabilem credebant. Ceterum Neroni odium adversus Vestinum ex intima sodalitate coeperat, dum hic ignaviam principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici metuit, saepe asperis facetiis inlusus, quae ubi

'sich zu etwas vereinigen', wie Cic. de fin. III 71 *nec vero rectum est cum amicis aut bene meritis consociare aut coniungere iniuriam.*

3. *fidelis* bei Tac. nur hier und D. 34, beidemal im Komparativ.

4. *matris et uxoris*, wehrloser Weiber. Deshalb ist hier Britannicus nicht erwähnt.

5. *non — vulgata erant.* Tac. muß sie also aus der mündlichen Tradition empfangen haben.

8. *constitit* wie XIII 35.

10. *scrobem,* in welche die Leiche des Gerichteten geworfen werden sollte.

11. *circumstantibus militibus*, Dativ, von *inquit* abhängig. *Ne hoc quidem*, die Grube. *Ex disciplina* 'vorschriftsmäßig'.

68. 18. *tot flagitiis eius subveniri*, eig. 'seinen Schandtaten geholfen', d. h. 'gegen seine Schandtaten Abhülfe erlangt werden'. Ähnliche Ausdrücke sind im Lateinischen sehr häufig.

22. *Opperiebatur Nero.* H. II 46 *Opperiebatur Otho.*

25. *plures* nach *quidam* wie XIV 60.

28. *asperis facetiis* usw. V 2 *dicax idem et Tiberium acerbis facetiis inridere solitus, quarum apud praepotentes in longum memoria est.*

multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. Accesserat repens causa, quod Vestinus Statiliam Messalinam matrimonio sibi iunxerat, haut nescius inter adulteros eius et Caesarem esse. Igitur non crimine, non accusatore existente, quia 69
speciem iudicis induere non poterat, ad vim dominationis conversus Gerellanum tribunum cum cohorte militum inmittit iubetque praevenire conatus consulis, occupare velut arcem eius, opprimere delectam iuventutem, quia Vestinus imminentes foro aedes decoraque servitia et pari aetate habebat. Cuncta eo die munia consulis impleverat conviviumque celebrabat, nihil metuens an dissimulando metu, cum ingressi milites vocari eum a tribuno dixere. Ille nihil demoratus exsurgit, et omnia simul properantur: clauditur cubiculo, praesto est medicus, abscinduntur venae, vigens adhuc balneo infertur, calida aqua mersatur, nulla edita voce, qua semet miseraretur. Circumdati interim custodia, qui simul discubuerant, nec nisi provecta nocte omissi sunt, postquam pavorem eorum, ex mensa exitium opperientium, et imaginatus et inridens Nero satis supplicii luisse ait pro epulis consularibus.

Exim Annaei Lucani caedem imperat. Is profluente san- 70
guine ubi frigescere pedes manusque et paulatim ab extremis cedere spiritum fervido adhuc et compote mentis pectore intelle-

1. *traxere*, 'aufgenommen haben', 'mit viel Wahrem versetzt sind'. H. III 71 *sustinentes fastigium aquilae vetere ligno traxerunt flammam.* G. 46 *Veneti multum ex moribus traxere* und oft bei andern.

2. *repens* für *recens*; s. zu VI 7. *Statiliam Messalinam.* Nero heiratete sie nach dem Tode der Poppaea (XVI 6) im Jahre 66. Suet. Ner. 35 nennt sie *Tauri bis consulis et triumphalis abneptem.* Dies ist der VI 11 genannte. Ihr Vater war wahrscheinlich *Statilius Taurus*, cos. 44, von dem zu XII 59 (s. Mommsen CIL. VI p. 995). Schol. Iuv. 6, 434 *Statiliam Messalinam, quae post quattuor matrimonia diverso exitu soluta postremo Neroni nupsit. Post quem interemptum et opibus et forma et ingenio plurimum viguit: consectata est usum eloquentiae usque ad studium declamandi.* Otho wollte sie heiraten. Suet. Oth. 10. Ihr Porträt auf einer Münze Cohen méd. imp. I pl. XII.

69. 4. *existente* 'auftrat'.

7. *velut* gehört zu *arcem.* Die Lateiner können das, dem eine vergleichsweise Bezeichnung gegeben wird, weglassen. Unsere Sprache gestattet das nicht und nötigt *velut* unübersetzt zu lassen oder 'sein burgähnliches Haus' zu übersetzen.

11. *dissimulando metu.* S. zu XI 32.

13. *properantur.* Über das transitive *properare* zu XIII 17.

17. *ex mensa* 'nach der Tafel'.

18. *imaginatus* 'sich ausgemalt hatte'. Das Wort kommt vor dem ältern Plinius und Quintilian nicht vor.

70. 21. *extrema* 'die Extremitäten', auch Cels. 7, 29 p. 317, 7 Dar.

git, recordatus carmen a se compositum, quo volneratum militem per eiusmodi mortis imaginem obisse tradiderat, versus ipsos rettulit, eaque illi suprema vox fuit. Senecio posthac et Quintianus et Scaevinus non ex priore vitae mollitia, mox reliqui coniuratorum periere, nullo facto dictove memorando.

71 Sed compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis; alius filio, fratre alius aut propinquo aut amico interfectis, agere grates deis, ornare lauru domum, genua ipsius advolvi et dextram osculis fatigare. Atque ille gaudium id credens Antonii Natalis et Cervarii Proculi festinata indicia inpunitate remuneratur. Milichus praemiis ditatus conservatoris sibi nomen Graeco eius rei vocabulo adsumpsit. E tribunis Gavius Silvanus, quamvis absolutus, sua manu cecidit; Statius Proxumus veniam, quam ab imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit. Exuti dehinc tribunatu . . Pompeius, Cornelius Martialis, Flavius Nepos, Statius Domitius, quasi principem non quidem odissent, sed tamen exi-

1. *carmen* bezeichnet jedes Metrische, auch den Teil eines Gedichts, wie hier: 'Gesangstück'.

2. *imaginem*, weil er jenen Fall erdichtet hatte: 'durch einen erdichteten Tod dieser Art'. Anders Verg. Aen. II 369 *et plurima mortis imago.*

versus ipsos rettulit. Phars. III 635 *Ferrea dum puppi rapidos manus inserit uncos, Adfixit Lycidan. Mersus foret ille profundo; Sed prohibent socii suspensaque crura retentant. Scinditur avulsus, nec sicut vulnere sanguis Emicuit lentus: ruptis cadit undique venis, Discursusque animae diversa in membra meantis Interceptus aquis. Nullius vita perempti Est tanta dimissa via. Pars ultima trunci Tradidit in letum vacuos vitalibus artus. At tumidus qua pulmo iacet, qua viscera fervent, Haeserunt ibi fata diu, luctataque multum Hac cum parte viri vix omnia membra tulerunt.* Es sind wohl nur die letzten 4 Verse mit dem dazu gehörigen Teil des fünften gemeint. Über seinen Todestag die vita Lucani vor den Scholien *Venas sibi praecidit periitque pridie kal. Maias Attico Vestino et Nerva Siliano consulibus.*

71. 8. *ornare lauru domum.* Dies geschah bei freudigen Ereignissen im Staat und Hause. Juv. 6, 79 *Ornentur postes et grandi ianua lauro* bei Geburt eines Kindes. 10, 65 *Pone domi laurus, duc in Capitolia magnum Cretatumque bovem: Seianus ducitur unco.* Über *genua advolvi* zu I 13.

et dextram. Das Asyndeton ist aufgegeben zwischen denjenigen beiden Gliedern, in denen das Verbum den Schluß bildet. Über die Stellung des Verbums in solchen Sätzen zu I 47.

10. *festinata indicia.* Über das transitive *festinare* zu XIII 17.

11. *Graeco — vocabulo*, Soter. Weshalb Tac. dieses Wort vermieden, s. Einl. S. 45 und zu XIV 15.

14. *vanitate exitus corrupit.* Er kam kurz darauf wegen einer Torheit durch eigne Schuld um.

15. . . *Pompeius.* Es ist der Vorname oder Beiname des Pompejus ausgefallen; der hier erwähnte *Cornelius Martialis* ist vielleicht mit dem H. III 70. 73 genannten identisch. Von den Tribunen der

stimarentur. Novio Prisco per amicitiam Senecae et Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis quam convictis data exilia. Priscum Artoria Flaccilla coniux comitata est, Gallum Egnatia Maximilla, magnis primum et integris opibus, post ademptis; quae utraque gloriam eius auxere. Pellitur et Rufrius Crispinus occasione coniurationis, sed Neroni invisus, quod Poppaeam quondam matrimonio tenuerat. Verginium *Flavum et Musonium* Rufum claritudo nominis expulit: nam Verginius studia iuvenum eloquentia, Musonius praeceptis sapientiae fovebat. Cluvidieno Quieto, Iulio Agrippae, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Iulio Altino velut in agmen et numerum Aegaei maris insulae permittuntur. At Cadicia, uxor Scaevini, et Caesennius Maximus Italia

prätorischen Kohorten waren drei an der Verschwörung beteiligt (49. 50. 67), vier wurden abgesetzt; zu denen, welche blieben, gehörten *Veianius Niger* und *Gerellanus* (67. 69).

1. *Novius Priscus*, der Konsul des Jahrs 78 n. Chr. CIL. VI 2056 *L. Ceionio Commodo D. Novio Prisco cos.*

per amicitiam Senecae gehört zu *data exilia*, nicht zu *infamatis magis quam convictis*, da dies dann auch für *Glitius Gallus* und *Annius Pollio* einen Zusatz haben müßte.

Glitio Gallo atque Annio Pollioni, von denen c. 56. *Glitius Gallus* und seine Frau *Egnatia Maximilla* verlebten ihr Exil in Andros, wo sie durch Bilder und Inschriften geehrt wurden. CIGr. 2349 i (II 1068) *ὁ δῆμος Ἐγνατίαν Μαξίμιλλαν, τὴν ἑαυτοῦ εὐεργέτιν, ἀρετῆς ἕνεκα*, und *ὁ δῆμος Πούπλιον Γλείτιον Γάλλον, τὸν ἑαυτοῦ πάτρωνα καὶ εὐεργέτην, ἀρετῆς ἕνεκα*. Einen Verwandten von ihm nennt die Inschrift aus Como CIL. V 5345 *D. M. L. Glitius* [g]*liti Galli* [lib]. Vgl. XI 3097. Dittenberger Syll. 374 f. Ihr Sohn war *Q. Glitius Atilius Agricola*, zum zweiten Mal Konsul 103 n. Chr., ein Altersgenosse des Tacitus, von dem sich mehrere Inschriften in Turin gefunden haben, woher die Familie stammte. CIL. V 6974—6984.

5. *quae utraque*, sowohl daß sie die Aussichten, welche das große Vermögen ihr in Rom bot, des Mannes wegen aufgab, als daß sie seinetwegen ihr Vermögen verlor.

Rufrius Crispinus, von dem zu XI 1.

7. *Verginius Flavus* war Lehrer des Persius (vit. Persii). Er schrieb eine Rhetorik, die Quintilian benutzt hat (III 1, 21. VII 4, 40 und öfter). Über *Musonius* zu XIV 59.

10. *Petronio Prisco*. Inschrift aus Traismaur CIL. III 5657 *Aracyntho Petroni Prisci trib. laticlavi servo.*

11. *in agmen et numerum* 'um die Schar und Zahl voll zu machen', eig. *ut agmen et numerus efficeretur* (zu II 13). Lucan. II 111 *In numerum pars magna perit.* Sen. de clem. I 5 *princeps alios ex civibus suis libens videat, alios in numerum relinquat.*

permittuntur für 'wird der Aufenthalt auf ihnen gestattet', das Exil als eine Gnade. Tac. gibt den offiziellen Ausdruck wieder.

12. *Caesennius Maximus* heißt *Caesonius* bei Martial VII 44, welcher dort und 45 zeigt, daß er Konsular und Freund Senecas war. Da nun senatorische *Caesonii* erst im 2. Jahrh. n. Chr. erscheinen, so wird *Caesennius* die richtige Form sein. Dieselbe Verwechslung XIV 29. Seneca selbst ep. 87, 2 nennt ihn

prohibentur, reos fuisse se tantum poena experti. Acilia, mater Annaei Lucani, sine absolutione, sine supplicio dissimulata.

72 Quibus perpetratis Nero et contione militum habita bina nummum milia viritim manipularibus divisit addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex modo annonae utebantur. Tum, quasi gesta bello expositurus, vocat senatum et triumphale decus Petronio Turpiliano consulari, Cocceio Nervae, praetori designato, Tigellino, praefecto praetorii, tribuit, Tigellinum et Nervam ita extollens, ut super triumphales in foro imagines apud Palatium quoque effigies eorum sisteret. Consularia insignia Nymphidio . . . quia nunc primum oblatus est, pauca repetam: nam et ipse pars Romanarum cladium erit. Igitur matre libertina ortus, quae corpus decorum inter servos libertosque principum vulgaverat, ex C. Caesare se genitum ferebat, quoniam forte quadam habitu procerus et torvo vultu erat, sive C. Caesar, scortorum

Maximus meus. Über *Italia prohibere* zu XIV 50.

72. 3. *militum*, der Prätorianer.

5. *ex modo annonae.* Sie bezahlten einen nach Verhältnis der Getreidepreise wechselnden geringern Preis, der ihnen von der Löhnung abgezogen wurde, höchst wahrscheinlich denselben, wie die Getreideempfänger (XV 18. 39). Übrigens ist hier nur von den Prätorianern die Rede: die übrigen hatten schon freie Verpflegung (zu I 17). Suet. Ner. 10 *praetorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum* (constituit).

7. *Petronio Turpiliano*, von dem zu XIV 29. *Cocceius Nerva*, der spätere Kaiser. Die ihm bei dieser Gelegenheit erteilten *ornamenta triumphalia* werden erwähnt CIL. XI 5743 *M. Cocceius*, [M. f. . . . Nerva, cos.], *augur*, *sodal*[is August(alis) . . . . quaest(or) *urb*(anus), *VI vir turma*[e eq.] *R*(omanorum) . . . . Salius] *Palat*(inus), *triumphalib*[us ornamentis] *honoratus.*

9. *apud Palatium effigies.* Suet. Oth. 1 vom Vater des Otho *senatus honore rarissimo, statua in Palatio posita, prosecutus est. Apud* also wieder 'in' (I 5).

10. *Nymphidius Sabinus* wurde *praefectus praetorio* an des *Faenius Rufus* Stelle; er verließ 68 n. Chr. Nero und wurde dann bei einem Versuch, sich selbst zum Kaiser zu machen, von den Soldaten getötet. Plut. Galb. 8. 13. Vgl. H. I 5. 25. 37. Sein Vorname war *C.* (CIL. VI 6621. III 4269). In der Lücke ist vielleicht auch das Verbum zu *consularia insignia* ausgefallen (wahrscheinlich *decreta*, das im Anfang von c. 74 überschüssig ist), da die Verbindung mit *tribuit* nach dem dazwischen Stehenden schleppend wäre; ferner seine Ernennung zum *praefectus praetorio.* Das Folgende geht ebenfalls auf ihn.

12. *pars* wie Verg. Aen. II 6 *et quorum pars magna fui.* Sen. dial. VI 18, 7 *erisque et spectator et ipse pars magna conantium.*

erit wird (am Schlusse dieses Geschichtswerks) zu erwähnen sein. Ob damit gemeint ist, daß Nymphidius den Kaiser verriet oder daß er sich zum Kaiser zu machen versuchte, d. h. ob die Annalen des Tac. bis zum Tode Neros oder bis zum 1. Jan. 69 gereicht haben, ist nicht mit Sicherheit zu entscheiden. Vgl. Einl. S. 16.

quoque cupiens, etiam matri eius illusit .... Sed Nero [vocato 73
senatu] oratione inter patres habita edictum apud populum et collata in libros indicia confessionesque damnatorum adiunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, tamquam viros *claros* et insontes ob invidiam aut metum exstinxisset. Ceterum coeptam adultamque et revictam coniurationem neque tunc dubitavere, quibus verum noscendi cura erat, et fatentur, qui post interitum Neronis in urbem regressi sunt. At in senatu cunctis, ut cuique plurimum maeroris, in adulationem demissis, Iunium Gallionem, Senecae fratris morte pavidum et pro sua incolumitate supplicem, increpuit Salienus Clemens, hostem et parricidam vocans, donec consensu patrum deterritus est, ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur, neu composita aut obliterata mansuetudine principis novam ad saevitiam retraheret. Tum [decreta] 74
dona et grates deis decernuntur propriusque honos Soli (cui est vetus aedes apud circum, in quo facinus parabatur), qui occulta

1. Nach *illusit* muß eine Lücke angenommen werden, da das Berichtete zu wenig ist für die Ankündigung *quia nunc primum oblatus est, pauca repetam.* Es war hier noch über sein früheres Leben vor der Erhebung zum *praefectus praetorio* gesprochen. Vgl. die ähnliche Stelle über *Petronius* XVI 18.

73. *vocato senatu* ist Randbemerkung. Die Berufung des Senats ist schon c. 72 berichtet und die wiederholte Erwähnung hier unmöglich, da eben die c. 72 berichteten Auszeichnungen im Senat erteilt wurden. In der ersten Kaiserzeit würde die ganze Untersuchung, welche Nero geführt hatte, vor den Senat gekommen sein.

2. *edictum apud populum,* einen Erlaß, den er vor die Ohren des Volkes brachte.

4. *claros et insontes* wie XIV 58 *clari atque insontes.*

6. *revictam.* Hor. C. IV 4, 23 *catervae consiliis iuvenis revictae.* Anders oben VI 5 *revincebatur.*

9. *L. Iunius Gallio,* wie ihn Dio LX 35 nennt, oder genauer *L. Annaeus Iunius Gallio,* hieß so durch die zu VI 8 bemerkte Adoption; sein früherer Name war *Annaeus Novatus.* Er zeichnete sich als Redner aus. Nero ließ ihn später töten. Dio LXII 25. Er ist derselbe, der Apostelgesch. 18, 12 als Prokonsul genannt wird (Sen. ep. 104, 1). Daß er Consul suffectus gewesen war, zeigt Plin. h. n. XXXI 6, 62 *principalis vero navigandi* (usus) *phtisi affectis aut sanguine egesto, sicut proxime Annaeum Gallionem fecisse post consulatum meminimus: neque enim Aegyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem navigandi.* Vgl. die pompejanische Wachstafel CIL. IV S. p. 338 Anm. 2. Über *incolumitas* zu XIV 1.

11. *hostem et parricidam* des *pater patriae* Nero. Er wollte ihn als Mitverschwornen bezeichnen.

12. *ne . . . retraheret* hängt nicht von *deterritus est* ab, sondern gibt den in einer Warnung bestehenden Inhalt des *consensus patrum* an.

74. 16. *apud* 'in' (I 5). Tertull. de spect. 8 *Circus Soli principaliter consecratur, cuius aedes medio spatio et effigies de fastigio aedis emicat.*

coniurationis numine retexisset; utque circensium Cerialium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur, mensisque Aprilis Nerónis cognomentum acciperet; templum Saluti extrueretur eo loci . . . . ex quo Scaevinus ferrum prompserat. Ipse eum pugionem apud Capitolium sacravit inscripsitque Iovi vindici. In praesens haud animadversum; post arma Iulii Vindicis ad auspicium et praesagium futurae ultionis trahebatur. Reperio in commentariis senatus Cerialem Anicium, consulem designatum, pro sententia dixisse, ut templum divo Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur. Quod quidem ille decernebat tamquam mortale fastigium egresso et venerationem hominum merito, quorum odio idem ad omen maturi exitus verteretur. Nam deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit.

2. *mensis Aprilis*, in welchem die Verschwörung entdeckt war (zu c. 58). *Cognomentum* 'Name' (I 23). Er erhielt den Namen *Neroneus* nach XVI 12.

3. *eo loci*. Über diese Verbindung zu IV 4. In der Hdschr. ist keine Lücke. Aber *ex quo* könnte dann nur auf *eo loci* gehn, was verkehrt ist, da Scaevinus diesen Dolch aus einem schon vorhandenen Tempel genommen hatte (c. 53). Wahrscheinlich folgte die Angabe, wo in Rom ein neuer Tempel der Salus gebaut werden, und was geschehn sollte, um den Tempel der Salus in Ferentinum zu ehren, aus dem der Dolch genommen war.

5. *apud* 'auf' (I 5).

6. *C. Iulius Vindex, legatus pro praetore* von Gallia Lugdunensis (nicht Aquitanien, Suet. Galb. 9), stand 68 n. Chr. gegen Nero auf und bewog den Galba zur Annahme der Kaiserwürde, und obwohl er selbst besiegt wurde, hatte doch sein Aufstand den Sturz Neros zur Folge. H. I 6. 8. 51. IV 17. 57. Dio LXIII 22.

7. *commentariis senatus* 'den Senatsprotokollen', von denen zu V 4.

8. *Cerialem Anicium*, von dem noch XVI 17, cos. suff. id. Aug. 65 cum C. Pomponio (CIL. IV 2551).

pro sententia = *loco sententiae*; s. zu XIV 42.

11. *quorum odio*. Der Antrag war derartig, daß der Haß der Menschen gegen Nero ihn, obwohl er ganz anders gemeint war, zu einem Vorzeichen frühzeitigen Todes gestaltete (II 54 *maturum exitum cecinisse*). Doch ist die Lesart völlig unsicher. Der Konjunktiv *verteretur* wie c. 47 *esset*. Übrigens ist hier nur von der göttlichen Verehrung durch römische Bürger die Rede: denn die Vergötterung der Kaiser bei ihren Lebzeiten durch Provinziale war allgemein. S. I 10. IV 15. 37. XIV 31.

LIBER SEXTUS DECIMUS.

